TOMVS VNDE-
CIMVS EPISTO-
LAR. CŌMENDA-
TICIARVM.

Rkp. 6555.



Caisse XII.
N. 108

querit ab eo quid sit quod utile est facere secum respondere potest
per hec verba. Sic ergo dico primo mecum vigilate ex[illegible]

	vigilate	so sopore et ideo ipse est qui apostolos
	perorate	reprehendit Math. xxvi. Non
	laborate	potuistis una hora vigilare
	procedite	mecum vigilate et orate ne
	ascendite	intretis in temptacionem. Item dicit
mecum	discernite	mecum perorate discusso tempore
	diligite	i Reg. xvi. Sanctificamini et
	comedite	venite mecum. Item dicit mecum
	addiscite	laborate robusto vigore pro
	quiescite	laborantibus dicit Math. xx. Ite
	colligite	et vos in vineam meam. Secundum
	gaudete	Romane exordium quem misisti

mecum. Et istud ad Philip. iiii. Adiuva illos qui mecum
laboraverunt. Item mecum perseverate durum tempore Luce xxii.
Vos estis qui permansistis mecum in temptacionibus meis. Item
mecum ascendite alta contemplando Exodi xxxiiii. Stetitque
mecum super verticem montis. Item mecum discernite vel iudi-
cando Actuum xxvi. Cum mecum erant lumen viderunt.
Item mecum addiscite magna perscrutando. Et inde cum sa-
pientia perseverant mecum et [illegible]. Item mecum diligite fer-
venter amando ii Reg. iii. Fuit mecum amicitias. Item
mecum gaudete bonum acquirendo Luce xv. Fili tu mecum
semper es et omnia mea tua sunt. Item mecum colligite semper
bona aggregando Luce xi. Qui non est mecum adversum me
est. Et qui non colligit mecum dispergit. Item mecum co-
medite mecum degustando in sacramento altaris i Reg.
ix. Ascende ante me in excelsum ut comedas mecum. Item
mecum quiescite devote secreto Luce xxiii. Hodie mecum
eris in paradiso. Unde cum devota elevacionem paradisum [illegible]
[illegible]. Patet ergo quod isti sunt cum deo in gloria [illegible]
adherentes. Sed adhuc dico quod ipsi sunt cum deo in terra
ibi moraliter residentes. Et isti potissime sunt viri ecclesiastici
qui pro eo cum deo esse dicuntur quia eius ministri sunt et eius
officia exercent et sibi personaliter ministrantes cum ipso
[illegible] ad possessionem et statum [illegible] corporaliter et moraliter.
Unde ipse dicit istud Luce xi. Pueri mei mecum sunt
in cubili. Scriptum est [illegible] quod sic hec secum
in domo sua in seculo et alia officia aliquos proditores
qui dicto [illegible] panem suum comedat omni die. Adversarius
[illegible] magnus fuit cum ipso. Sic dominus [illegible]
[illegible] aliquociens aliquos ad malos [illegible] beneficiatos et pre-
latos qui [illegible] panem suum adulterum a bonis [illegible]
sua comedant et [illegible] omni die [illegible] ipsi
tamquam proditores et [illegible] hosti suo [illegible]
et [illegible] parum fuit et obediunt [illegible] sibi [illegible]
[illegible] ipse [illegible] Mar. xiiii. Qui intingit
mecum manum in paropsidem ipse me tradet. Isti ergo
non sunt cum deo sed potius contra deum. Iuxta istud predictum
Luce xi. Qui non est mecum contra me est. Unde et
hodie dicitur istud Ysa. lxiii. Torcular calcavi solus et
de gentibus non erat vir mecum. Patet ergo quod aliqui
sunt cum deo qui in terra ibi nobiliter sunt presidentes.
Sed tertio dico quod isti sunt cum deo in patria ibi feliciter [illegible]
[illegible]. Quia vere ipsi sunt ibi [illegible]. Sicut dico [illegible]

	honorabiliter sociati	[illegible] honora-
in paradiso	delectabiliter satiati	biliter quia sic
	inestimabiliter honorati	dicitur [illegible]
	indefectibiliter [illegible]	[illegible]

cum Abraham Ysaac et Iacob in regno celorum. Item sunt
satiati delectabiliter. Unde istud predictum Apoc. iii. Qui
vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo. Item
sunt [illegible] [illegible] Luce xv. [illegible]
[illegible] Christo [illegible] et sic cum deo semper [illegible]

[illegible]

Christo [illegible] quos [illegible] quorum societate

Pollent

[illegible]

Tomus Vndecimus

LH II.
23

Epistole Petri Tomiczki Episcopi Cracouien̄ et regni Polonie Vicecancellarii promiscue scripte





Petrus Thomiczki Eps Craccovien
et Regni Polonie Vicecancellarius

Ioanni Wieczwienski Tribuno et Castell.
Plocensi. Capitaneo Bratianensi.

GEnerose domine amice charissime, de omnibus rebus nostris perscriptum est abunde, cum a Mte Regia, tum a me, ad Mcum D. Palatinum Cracovien: nec dubito quin Magcia sua, vestre D. ea ipsa communicabit. Nunc res ita se habent. Nonus dies agitur, quo ad conuentum hunc, cum Regia Mte venimus. erat id moris, hominum memoria, vt domini Consiliarii Regem expectarent, eiq cum magno honore, obuiam prodire solerent. Nunc prepostere agitur. Nam Regia Mte Piothrkoviam ingrediente, nemo preter D. Math. Drzewiczki Eppm Cuiavien obuiam fuit, et expectat sua Mtas tot dies dominos pedetentim venientes: venit tamen undustertius D. Laski Archiepiscopus, et D. Lucas de Gorca Castellanus Posnanien. veniunt item coeteri. Atq ita vetus illa Mtas, et erga superiorem dominum reuerentia videtur sensim labascere: non modo ab ordine nobilitatis, verumetiam a Senatoribus. quid autem hinc sperare debeamus: successus temporum demonstrabunt. Nunctii etiam terrarum conueniunt nunc primi. Quomodo autem in hoc conuentu res procedent, facilis coniectura est. Cum ego ita intellexerim, quod nunctiis ipsis terrarum, ita a nobilitate prescriptum sit. vt nihil aliud agant, quam in proxime preterito conuentu Cracovie habito agebant, illaq ipsa exigant, et poscat, que tunc poscebant, que qualia fuere, D. vestram non latet. Tamen ego ista pro singulari meo in eam amore ei significare volui: que vero deinceps consequentur, dabo operam, vt etiam D. vestre innotescant. Illud tamen precipue D. vestram rogo, vt litteras has, domino Ioanni Italo medico, pro Regie Mtis Hungarie, qui olim apud Rmum

D. Cardinalem Strigonien̄ erat, inscriptas reddat: eiq; salutem verbis meis dicat. Admoneatq; vt michi ad eas rescribat, et quicquid rescripserit. Id michi per hunc cubicularium huc mittat; qua in re michi rem gratissimam faciet D. vra; quam bene valere cupio. Et rogo illam vt me Magnifico domino palatino Cracouien̄ sepius co: mendet.

Petrus Tomicius eps Crac. Regni Pol. Vicecancell Bone Sfortie Regine Polonie.

Sacra Rlis Mtas, domina domina mea clementissima, post ser: uitutis, et orationum mearum humilem commendationem; Velserorū negotium; quod michi Mtas vestra, per litteras apud R. Mtem, promouendum commendauit, Et promouebam iam pridem meapte, et nunc cum videam Mtem vestram velle, vt idem ipsum negoti: um, cum commodo eorundem Velserorum transigeretur. Adnii: tar, et elaborabo, apud eandem Mtem R. vt tanto celerius voluntati voluntati Mtis vestre fieret satis. Ducatum et arcem Baren̄, iam tandem in potestatem Mtis vestre plene deuenisse: et gaudeo et gratulor. faxit Deus opt. Maximus, vt eius ducatus, et arcis possesio, felix faustaq; sit. Mti vestre, et proli eius claris: sime. Res conuentus huius herent adhuc, ob causas, quas Mti ve: stre, prioribus litterꝫ breuiter (vt tunc tempus ferebat) perscri: pseram. Dum enim importuna iunctiorum terrestrium flagitati: one, Ducatum Masouie ad arbitrium nostrum pertrahere nitimur, quia id arduum est, et nonnisi cum tempore perfici potest; vereor ne interim terre Russie pessum eant. quarum rerum difficultatem, et discrimen lenimus et prouidemus quantum humano ingenio tante importunitati mederi potest. in quo si a Senatu quicpiam

proficietur: indicabunt tres, aut ad maximum, quatuor sequentes dies. Nam constitutum est penitus, in tot diebus conuentum absolutum iri. Sequetur tandem legatorum absolutio, que minus nobis negotii exhibitura est. In summa ipsa R. M tas, in hoc est sumus, vt isthic ad tempus: quod carnisprinium vocant sese sistat, apud vestram R. M tem, quam vt deus vna cum sobole sua preclarissima, incolumem et sospitem diutissime et felicissime seruet, supplex oro. Cuique me cum orationibus, et seruiciis meis perpetuo commendo.

Pet. Tomiczki Eps Crac. regni Polo. Vicecancellarius
Chrofero de Sdilovec Castell. et Capit. Cracouien
Regni Polo. Cancell. Noue Ciuitatis Corczin. Gostinen
Sthezaczewien. Samborien. Lucouien Capitaneo.

Magce domine domine et amice honoran me.

Gaudeo mirum in modum, quod Magcia vestra peractis prout tempus ferebat Regiis, et Reip.ce negociis, sospes incolumisque summo honore summe virtuti et insigni sapientie eius atque in principem et Remp.cam meritis iam pridem debito, videlicet Castellanatu Cracouien aucta ad nos redit. Nos conuentum nostrum, tandem absoluimus, non sine magna difficultate et negotio; quippe ex transuerso multa incidebant, que eum hactenus remorabantur, sed ad extremum expedita sunt omnia satis commode. Itaque dnii fere omnes iam digressi sunt, preter D. Episcopum Cuiauien: qui etiam hinc breui abiturus est. In absentia Magcie vestre, propter mortes hominum nonnulla sunt mutata, Exempto ex rebus humanis domino Plocen. Episcopo R. M tas, nepotem meum, Andr. Cricin Premislien, Plocen Episcopum fecit. Dominum vero Carnkowski Premislien, Mundanas autem dignitates ita distribuit. Palatinatum Cracouien, Magnifico domino Andree de Thenczin Sandomirien Palatino: Sandomirien vero, domino Otte de Chodecz Palatino Russie.

Palatinatum item Russie, cum summo exercituum Regni imperio, quod Campiductoratum vocamus: domino comiti Tarnouien. Castellanatum vero Woinicen, domino Curie Marschalio, quia etiam Grusczinski hic Cracovie mortuus, Castellaniam Wielunen vacuam fecerat: contulit eam R. Mtas Domino Martino Miskowski pincernario. postremus omnium dominus Stanislaus Pileczski capitaneus Grodecen fratrem Joannem secutus, etiam hic Cracovie diem clausit. Et domestice quidem res nostre, ita se habent. Dominus Casimirus, dux Thesnen, quicquid hic apud R. Mtem egit, quantumcunque ad rem pertinebat, Id totum Magcie vestre, plene significatum fuit litteris Regiis. Commendo me ex animo vestre Magcie, quam dominus Deus, diu servet sospitem et felicem. Ex Cracovia.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Iacobo Sadoleto Epo Carpentoratensi
Secretario papali.

Rme in Christo pater, et domine amice charme ac honorande: abunde iam antea agnovi, summam isthic benevolentiam, et animum propensionem v. Rme D. erga mea meorumque negotia, quam gratificationem in animo michi est ratione aut modo aliquo non vulgari vestre Rme D. referre: ut merito dici valeam tante humanitatis non ingratus. Ceterum, nos in hoc Regno ordinarii omnes, magnam ac gravem sustinemus pubce invidiam, ob quosdam, isthic in urbe Curiales indigenas, qui per impetrationes, in Ecclesiis nostris. non solum nobis maxime sepe fuit impedimento, sed etiam sine discrimine plurimos nonnunquam gravat: suos populares, homines graciosos apud Regnicolas. Et sunt nunc ea tempora quum partim vulgo fremunt ac frendent, (etiam nulla de causa) in ipm clerum, partim ea est conditio: nunc huius Regni. ut solum precipue

iam excipiat omnes impetus infidelium, humerisq portet suis. tum
procerum nostratium fere omnium ea est opinio, quecunq talia
inde ex vrbe eueniunt; omnia fieri vel indulgentia, vel certe conni-
uentia nostra, qui tam pertinaci silentio de eiusmodi turbatoribus
cohibendis nunquam nec admonemus nec solicitamus Sanctis.
Do. nostrum. Quam rem, et ex ea demanantia incommoda, in per-
sonas ac status nostros, ne scribendo singula prosequi studens,
multis verbis v. R^mam D. occupem: occupatam haud dubie
aliis plus satis, commisi Venerabili D. Nicolao de Gamratis de-
cano Plocensi: vt ipse eam v. R^me D. planissime exponat, qua co-
gnita: rogo plurimum vt v. Dominatio R^ma prestet mihi apud
sanctis. Do. nostrum huius negotii fidelem, ac diligentem promoto-
rem. curetq illud ex desiderio, et animi mei sententia perducere
ad optatum finem. Ego vero: eam vestre R^me D. curam et operam,
curabo vicissim illi omni studio, et facultate mea per omnem occa-
sionem semper referre. Et cupio vram R. dominationem feliciter
valere. Cui me ex animo comendo.

P. T. Eps. C. Vicecancel
Capitulo Wratislauiensi

Venerabiles domini, amici et fratres nostri in Christo charissimi. Salu-
tem et plurimam felicitatem. Summa nostra in vos et ecclesiam
vestram beneuolentia, et mutuus amor in chro: adducunt nos, vt
quicquid nobis se offert: quod vel ex dignitate, vel ex commodo,
Ecclesie vestre fore prospicimus, eius vos amice simul et frater-
ne admoneremus. Negotium itaq quod vobis significaturi sumus,
est huiusmodi. Generosus dominus henricus Gottsch, de herczik-
zwald. Curialis Ser^mi domini nostri Regis, adolescens et mili-

taribus et domesticis virtutibus · iam a primis annis suis, hic conspicuus: et de nobis optime meritus: retulit nobis, quomodo paucis ante annis: frater suus dominus Joannes Gotzsch, certa bona videlicet castellum Neuhausz dictum, vna cum agro, ad id spectante, a R^mo domino N. Episcopo wratislavien, pro certa summa pecuniarum emerit. De quibus bonis (quo ea dicti fratres, heredesque ipsorum pacifice quieteque sine alicuius impedimenti suspitione perpetuo possiderent · quamuis ab ipso R^mo domino Episcopo, eisdem fratribus · abunde litteris sit cautum: tamen quo securius in futura tempora · talia bona isdem fratres possiderent, litteras consensus vestri, etiam necessarias esse sibi existimant, et sciunt: quam quidem ad rem a vobis impetrandam · multum adiumenti sibi futurum sperant, Si nos etiam (quo id facilius efficiatis) apud vos, pro eis operam nauaremus: quod vt faceremus, effecit dictus Generosus henricus Gotz, qui instanter a vobis id postulauit. Nos et propter dicti domini henrici eximiam probitatem, cuius specimen, de se iampridem, hic apud nos prebuit, simul et quia rem iustam et aequam petere videtur · atque quod plane perspiciamus, id factum Ecclesie vestre non modo quicquam non obesse, verumetiam commodo, et ornamento futurum, Si viros nobiles sibi conciliarit. Rogamus vos · velitis eam venditionem dicti castelli ratam habere, litterisque consensus vestri, eam aprobare efficereque vt dicti fratres, et heredes, eorum emptionem suam, hoc est castellum Neuhaus, cum agro, quam tutissime et firmissime, sine quauis impedimenti vel difficultatis suspitione, nunc et in futurum habeant et possideant · intelligantque nostram operam, pro se factam apud vos plurimum ponderis habuisse, In quo, rem humanitate et sapientia vostra dignam et vobis vehementer gratam, tum etiam omnibus offitiis erga vos demerendam efficietis. optamus vos optime et diutissime valere ·

Sigismundus primus Rex Pol.
Senatui Wratislaviensi

Famati grate nobis dilecti. Significatum est nobis, a R^mo^ domino Ioanne Archiepiscopo Gnesnen: quomodo quidam Sebastianus Schuman bibliopola civis Wradislavien, in proxime preterita quadragesime diebus, Gnesne libellos certos, pub^ce^ per edictum in Regnum nostrum inferri prohibitos clam venditaret. Et ob eam rem, archam eiusdem Sebastiani cum libris per officialem Gnesnen (ita vt par erat) receptam, et in Ecclesia maiori Ibidem reconditam esse hactenus asservari, ipsumque Sebastianum litteras quodammodo minatorias, (quarum exemplum vidimus) capitulo Gnesnen misisse. Dignus nempe esset, is quisquis est Sebastianus Schuman, eo quod edictum nostrum transgressus est, seueriori animaduersione, Sed nos nihilominus ad Capitulum Gnesnen dedimus literas: quas presentibus adligatas vobis mittimus: quibus precipimus, vt eidem Sebastiano per se, sive per alium Gnesnam secure venire, Archamque cum libris illinc auferre liceret. Vos etiam hortamur, vt et ipsi Sebastiano et reliquis mercatoribus vestris iniungatis, ne deinceps se in discrimen conjiciant. Nam edictum nostrum in suo robore. Et Regnum ab omnium errorum contagione liberum omnino manere volumus. Insuper eundem Sebastianum aliqua cautione astringatis. Ne ab eo dictum capitulum aliquid detrimenti pateretur, quandoquidem si aliquid iniurie dictus Sebastianus se habere pretenderit, iure et non minus eum id experiri aequum est. Non enim in Regno nostro administratio iustitie alicui vnquam deerit. Datum Cracovie.

Sigismundus Rex Polonie
Capitulo Gnesnen

Venerabiles devote nobis dilecti. Quanquam archam cum libris in Regno nostro venundari prohibitis, cuidam Sebastiano Schuman de Schmel Bibliopole Wratislavien iure et ordine receperatis, tamen ob certas causas, nobis visum est, vt ea archa, vna cum libris, per vos domino suo restituatur. Quare vobis presentibus mandamus: vt dicto Bibliopole Sebastiano, sive alicui alteri ab eo misso, secure isthuc Gnesnam venire, archamque cum libris isthinc auferre permittatis. Nos vero scripsimus civibus Wratislavien vt civem suum eundem Sebastianum ita obstringant, ne quidpiam contra vos aliter quam iure attentare audeat. id quod credimus illos ita esse facturos. Datum.

SEgismundus primus Rex Polonie
Ladislao Archiepo Strigonien Primati
Et Regni Hungarie Cancellario

Rme in Christo pater domine et amice honorandissime
Melchior Gorasdowski, is qui has meas litteras Rme D. vestre reddit, a primis pene annis suis (quod credo eidem Rme P. vestre notum esse) in aula istius isthic Mtis Regie adolevit, et postea honesto loco habitus, atque competenti stipendio auctus fuit. Tandem sive peculiari sorte sua, sive rebus eius et negociis ita exposcentibus ab eadem aula non parvo suo dispendio se removerat, rursus tanquam equus ad presepe ad eam summo desiderio fertur et anhelat. Quia vero isthinc bonum tempus abfuit, veretur ne (quod fere fieri consuevit) si longo postliminio redierit pro ignoto et externo habeatur. quoniam autem tota domus eius (est

enim non postreme nobilitatis patrie nostre, non modo mihi vete-
ri familiaritate coniuncta est, sed etiam me colit et obseruat. Ipse-
que multum rebus suis conducere ~~arbitratur~~, si eum R. D. vestre
litteris commendauerim. Ego vero pro veteri, et summa mea in eam
beniuolentia, et animi propensione, nichil dubito, quin meis quos
ego commendo se fauentem prestet. Eam plurimum rogo: velit ei-
dem Melchero, auctoritate et gracia sua adesse, vt pristinum lo-
cum et stipendium rehabeat, et de retento stipendio sibi satisfiat.
Ego vicissim per omnem occasionem parem operam et offitium pre-
stare studebo R. D. vestre. Cui me etiam ipse ex corde commen-
do. Et eam feliciter et diu valere desidero.

~~Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell.~~
~~Ludou.~~ Ferdinando regi Vngarie et
Bohemie.
Sigismundus primus Rex Polonie.

Serenissime princeps etc. Subiectus noster nobilis Nicolaus Go-
rasdowski habet iam pridem certam actionem cum ciuibus Pra-
gensibus nec vllis modis consequi potest vt ab eis id quod suum
est habere possit quamuis varios et exquisitos tentauerit. Scri-
psimus semel atque iterum M^ti vestre pro eo nec ei tamen quic-
quam littere nostre profuerunt quarum ad vltimas ne res-
ponso quidem eum dignata est M^tas vestra prout ipse nobis
dolenter retulit. Miramur, cum M^tas vestra tanta sapien-
tie et iustitie fama ab omnibus passim celebretur vnicum
hunc Nicolaum Gorasdowski tam infelicem esse, cuius solius
tam frequentes querele ab M^te vestra obaudiantur. Rogamus
igitur eandem M^tem vestram, dignetur eisdem Pragensibus,
tanto seuerius imperare vt dicto Gorasdowski sine vlteriori
cunctatione iam iam quod suum est reddat. Quo nos ab i-
teratis eius querelis tandem liberari possimus, nec pro eo tam
crebro scribentes aliis rebus occupatam M^tem vestram,

interpellemus, in quo rem summa virtute, et gloria sua dignam, nobisque vehementer gratam efficiet M^tas vestra, quam felicissime, et diutissime valere optamus, Cuiusque amori nos comendamus.

Petrus Tomicius Eps Cracc. Vicecancell.
Barnino Duci Pomeranie

Illustrissime princeps, et domine, domine graciosissime, post orationum, perpetueque servitutis mee, debitam comendationem. Accepi literas ab Illustri D. vestra, eximie virtutis, summe humanitatis, et singularis fauoris, et beneuolentie, I. D. vestre in me testes, que me tanta animi voluptate affecerunt, vt eam verbis explicare vix potuerim. Habeo Ill^ri D. vestre, pro tali, in me fauore, quem eisdem litteris testata est, summas gracias, Vt qui paruula opera mea, quam hic presenti Ill^ri D. vestre impendi, tantum fauorem eius demeruerim. Idem ego, omni cura et studio, efficere conabor, quicquid ad augendum decus, dignitatem, commoda eiusdem Ill^ris D. vestre pertinere arbitrabor, vt id a me pro virili mea perpetuo impendatur. Dominus Deus seruet ac tueatur Ill^mam D. vestram ~~felicissime et~~ diutissime, incolumem, et felicem. Cuique me, cum orationibus et seruitute mea perpetuo comendo. Ex Gedano. 1526.

15 8

Petrus Tomiczki Eps Cracc. R. P. Viceccancell
Petro Alberto Gastolt Palat° vilnensi
Cancellario Magni Ducatus Lituanie

Magnifice domine, domine, et amice honorande.
Gratissimum michi fuit, quod in causa Michaelis Sopihe Magnificencia vestra, se tam aequum et beneuolum exibere dignata est, vt in eadem causa, ea fecerit, que ego affectauerim, prout hec ex litteris eius, die Sabato, ante festum S. Sophie datis intellexi, habeo itaque pro eo, Magnificencie vestre gracias (quamuis idem Michael scripserit ad me, rem nondum ad effectum peruenisse: Sed ego non dubito, quin Magnificencia vestra, ob intercessionem meam, rem eiusdem Sopihe ita transigi curabit, vt et ipse sua seruitute id mereri tenebitur, et meam commendationem sibi apud eam profuisse intelligat, eoque magis quod idem Sopiha copiam Priuilegii coram Magnificencia vestra exhibuerit, certum fore arbitror, quod eum, penes ius suum relinquet. Dum michi he littere a Magnificencia vestra redduntur, Incidit quiddam aliud, quod ego Magnificenciam vestram, pro singulari mea in eam totamque domum eius obseruantia celare nolui, Venerant huc cives Bielenses, Tenute M. vestre, hi credo ob eam causam quod me beneuolentia apud eandem Magnificenciam vestram valere arbitrantur) exposuerunt michi, quomodo proconsul Magnificencia vestra fortasse maioribus rebus occupata, ab officialibus eius esset in vincula coniectus, et vsque modo detineatur. Petebantque a me, vt ad Magnificenciam vestram intercederem, fore sperantes, vt ad petitionem meam, eum proconsulem Magnificencia vestra liberari mandaret. Michi vtpote in sacerdotio constituto, non inconueniens visum erat, Si pro aflicto ad Magnificenciam vestram intercederem, eoque confidentius quod sciam Magnificenciam vestram, ea esse humanitate et clementia, vt nullius, etiam meriti, aflictionem concupiscat

Sitq idem Proconsul, ut dr possessionatus: Rogo Magnificiam vestram misereatur inopi, eumq ex vinculis mitti, etsi ita necessitas tulerit cautione fideiussoria astringi. Mandet, faciet rem sua virtute et mea de ipsa opinione dignam. et michi gratissimam, pariq vicissitudine rependendam. In fine litterarum adscripsit Magcia vestra, Rogatq, ut eam Rx Mti comendarem, et ea que hic geruntur perscribi curarem. Nichil erat michi factu facilius, quam Magnificiam vram, que et maiorum suorum, et suis in Sermam D. nram, maximis meritis satis superq comendatissima est sapientissimo, et erga se meritos clementissimo principi comendare: feci itaq, idq libens. Quantum ad res nouas attinet. Erant, multi variiq tractatus his transactis diebus, ab oratoribus, cum Summi Pontificis, tum Sermi D. Hungarie Regis: Principumq Germanie, quatenus ab armis discedi, negotiumq bell. p. ... conditionibus transigi posset, quia vero dominus Mgr, pristina sua pertinacia, ad satis tolerabiles conditiones descendere noluit. Legati tam hungarie, quam Germanie, infectis rebus abierunt, bellumq continuatur. Nuper idem D. Mgr, misit ad R. Mtem legatum henricum Milticz, fratrem ordinis sui, pro saluo conductu petendo. Datus est sibi saluus conductus adiectis nonnullis conditionibus. Si graciam Regiam petierit. Si debitum iuramentum prestiterit &c. quas conditiones, acceptet nec ne, breui experiemur, et quicquid fuerit, aliis literis, faciam Magnificiam vestram certiorem. Interea vrgetur, nec sibi respirare conceditur. Et de rebus quidem his non plus. Illud etiam (si quid ad rem) Magnificie vestre, pro eius in me beneuolentia, significandum duxi. Mortuo domino Episcopo Posnanien, quem optime nouerat Magcia vestra. Rxa Mtas. ex singulari sua gracia, liberalissime, atq sine omni cunctatione eundem Episcopatum Posnanien. michi conferre dignata est. Quod quidem ego, pro ea ipsa in me beneuolentia, non ingratum futurum arbitror Magcie vestre, que felicissime valeat. cuiq me plurimum comendo. Thorun ... 1520.

Petr. Tomic. Eps Crac. Vicecancell.
Bone Sfortiae Regine Poloniae.

Sacra R^lis^ M^tas^, domina et domina mea clementissima. Post servitutis et orationum mearum humilem comendationem. Post obitum Joannis Salomonis Canonici ecclesie mee Crac. nullum extat benefitium quod Regiae M^tis^ collationis existeret. unum erat, quod ad collationem sue M^tis^ pertinebat, Decanatus videlz Sandomirien. Sed hunc quoq. adhuc vivente eodem Salomone, impetravit Mag^cus^ D. Castellanus Cracoviensis, nescio in quem usum / cetera benefitia, aliene collationis sunt, quare si voluntati M^tis^ vestre, nunc minime mos geri potest, minime dubito illam, pro summa sua clementia, et prudentia facile condonaturam / suppeditabit fortuna tempus, quo et volun^tis^ M^tis^ vestre et Santisci meritorum ratio habebitur, me ad imperia M^tis^ vestre diligentissime intendente. / Conventus noster, quantum (ad res domesticas attinet) iam absolutus est. Restat Oratorum Regum absolutio, et dimissio, de qua his diebus accurate agetur, qua peracta Regia M^tas^ isthuc accurrere properabit ad M^tem^ nostram Reginalem / quam Deus opt. Max. cum clarissima prole sua optime valentem, diutissime servet. Cui me iterum ego me cum orationibus et serviciis meis perpetuo comendo.

Sigismundus Rex Polo[nie]
Judicibus Terre Plocen[sis]

Generosis Iudici, Subiudici, caeterisq[ue] iudicio terestri Districtus Raczasen[sis] presidentibus, fidelibus nostris dilectis, gram nostram. Generosi fideles dilecti. Nomine honorabilis Nicolai et nobilis Ioannis fratrum de Lekow heredum in Gelczino, relatum est nobis, Quomodo, dum inter dictos fratres de Lekow ex vna. Et nobiles. Adam, Ioannem, et Iacobum germanos filios olim Stiborii de Redzino, parte ex altera, lis vertebatur occasione cuiusdam molendini, a dictis fratribus de Redzino in fluuio wkra noniter constructi. et hoc ideo, quia dicti fratres de Redzino, retinuerunt liberum meatum fluuii wkra, qua retentione, molendinum fratru[m] de Lekow in Gdzino, in eodem fluuio, ab antiquo constructum, magnitudine aque, sic detente obruitur, nec molere potest. in damnu[m] ipsorum fratrum de Lekow non mediocre, Decretumq[ue] fuisset in terminis terestribus in Reczasz, vt dicti nobiles de Redzino, permitterent libere meatum, et transitum aque in dicto fluuio wkra, prout decretum terestre latius canit. a quo decreto, fratres de Redzino, ad terminos generales, in Ploczko appelauerunt. Aduenientibus vero terminis generalibus fratres de Redzino, apellationem non sunt prosequti. Sed se concordie et inditio arbitrali submiserunt, que tamen arbitralis concordia, cum decreto, terminorum terestrium concordat, hoc est, vt fluuii om nibus obstaculis ~~certis~~ erutis, et deiectis, antiquo aluco, et libertati restituentur, prout arbitralis concordia latius obloquitur, ipsi tamen fratres de Redzino decreto, et concordie arbitrali, propter quam apellationem non sunt prosecuti. nec satisfecerunt. Nec fluuium (ita vt debuerant) pristine libertati restituant. Quod si ita est. censemus dictos fratres de Redzino, ad id quod facere debent iure cogendos. Mandamus itaq[ue] vobis, vt ex quo

dicti fratres appellationem non sunt prosecuti, concordiamq arbitralem tenere noluerunt. Sententiam in terminis terestribus super dicta causa in Raczasz latam in suo vigore continuatis, eamq debite executioni demandetis, mediantibus penis iuxta terre Plocensis consuetudinem. Aliter pro gracia nostra, non facturi. Datu Wilne. 1522

Sigismundus Rex Polo
Joanni Balinski Castel Gdanen
dispensatori Marienburgen

Generose, fidelis, dilecte. Scias diligentiam et sedulitatem tuam, in obeunda legatione, ad conuentum Elbingensem, nobis gratam fuisse, et esse. Actaq conuentus ipsius ex litteris senatorum Prussie, nos intellexisse. Comendamus etiam operam tuam, in reficiendo aggere, identidemq hortamur te, vt vsq ad plenam eius consumationem inuigiles, et vltra illos mille flor. quos in instaurationem eius deputaueramus, de aerario nostro quantum ad eius perfectionem opus erit, eroges et impendas, non desistas tamen a Gdanensibus, et ab aliis quorum interest opem, et collationem implorare. Mittimus tibi preterea quittantiam quam Gdanensibus offeres. et mille nummum aureorum. ab eis accipies quos et reliqua aureorum nostrorum summam que apud te est mox post messis tempus nobis huc mittere. Curabis preterea fratrem Ambrosium, ca^cum et custodem ecclesie pomezanien, in arce nostra Mariemburgen, pro conditione sua foueas. et expensis prouideas, tantisper, dum ei de aliquo beneficio, si quod isthic vacare contigerit, fuerit per nos prouisum. Cum enim religionis sancte catholice causa pulsus et multis iniuriis extensus sit ab ec-

clesia sua. Nos cum aliquam Ecclesiam parochialem in Insulis nostris, aut alicubi vacare contigerit, illam ei non grauatim conferemus. tu vero nos de vacatione illarum tempori admoneto, et vt ad eam eundem Ambrosium p̄ntemus, ad memoriam nobis reducas.

Sigismundus primus Rex Poloᵉ
Thorunensibus

Famati fideles dilecti. Significastis nobis per literas vestras, controuersiam quam inter Mathiam teschuer ex vna, et tutores puerorum olim Joannis de ponte parte ab altera per certam comissionem nostram componendam et sopiendam mandaueramus, nondum esse compositam. Et hoc ideo, quia tutores puerorum, rem omnem videlz, tam de principali causa, hoc est de debito mille centu et decem marcaru (cuius debiti Io^nes. ipse viuens, partem quidẽ videlz quingentas marcas, ex iuris decreto iam probauerat, residuu ab eodem Mathia interfectus, et morte preuentus probare non potuit) quam etiam de accessorio, hoc est parricidio et capite dicti Ioannis componi volebant. ipse vero Mathias Thesner duntaxat pro capite patris puerorum interfecti, et q̄ sibi michilominus, pro debito cum pueris iure agere, liceret, contenderet. Nec alio modo controuersiam componi volebat. Qua de re articulum in commissione nostra contentum, a nobis elucidari, et que nostra esset, super ea re existimatio, vobis significari petiistis. Super quo taliter vobis respondemus. Nobis ex iustitia et aequitate videri. Cum ipse Ioannes de ponte viuens, partem debiti, hoc est quingentas marcas, ex decreto iuris probauerat, residuu hoc est sexingentas et x probaturum se fore intendebat, et probasset fortassis, nisi priusquam tempus probationis aduenisset

et lis penderet ab eodem Mathia, vita priuatus fuisset. vniuersum illud debitum, absque omni controuersia, ipsis pueris obuenire debere. Et dictus Mathias, tanquam interfector dicti Ioannis, ex quo ipse in causa fuit, quo minus Io.nes ipse residuum debiti probare potuit, iam in eo debito pro conuicto haberi debet. atque ita de toto debito prædicto, nullam esse deinceps controuersiam necessariam, cum manifestum sit vniuersum debitum, absque controuersia aliqua, pueris Ioannis occisi cedere debere, de parricidio vero, et capite Ioannis de ponte per ipsum Mathiam interfecti: Si ipse Mathias cum tutoribus dictorum puerorum, per arbitros siue arbitratores, iuxta tenorem prioris commissionis nostre transigere adhuc voluerit, vtrumque tempus per nos ad id faciendum preteriit, facite operam vestram, vt id ei facere permittatur, quo tota hæc controuersia, in toto iam tandem sopiatur. facturi pro gracia nostra. Datum.

Sigismundus Rex Polo.

Ioanni Latalski Ep̃o Posnanien.

Rme in Christo pater. Sincere nobis dilecte. Cum causa quedam, que inter nobiles Ioannem Miezowski, et Paulum Pawlowski fratres vterinos occasione bonorum maternorum vertitur ex iudicio castri Sochaczowien. ex consensu partium ad nos deuolueretur cum toto effectu suo. Et coram nobis agitaretur, Paulo Pawlowski petente, vt diuisores qui sortem bonorum maternorum C. Cum alter frater eius, maior natu,

videlz Joannes Miczowski, vniuersa materna bona occupauerit, et possederit; et possederit) exdiuiderent sibi designaremus, Joanne vero Miczowski, ex aduerso excipiente, q videlz dicto Paulo Pawlowski. sors maternorum bonorum, nequaquam competeret, Propterea, q ex illegittimo matrimonio natus esset, nec esset matris sue legittimus filius. Asserenteq eius cause, videlz filiationis cognitionem, in iure spirituali. Episcopatus p^tis vre. videlz coram officiali Warssouiensi, iam ceptam esse, petenteq se ad idem iudiciu spirituale, vnde se pars aduersa prius exceperat remitti. Nos quia etiam alioqui cognitionem eiusdi causarum, hoc est filiationis, et matrimonii, ad jus spirituale pertinere scimus. Cognitionem dicte cause filiationis ad p. vestram, et ad inditiu eius remisimus, remittimusq per presentes. eidem p^ti. vestre mandantes. quattenus si ipsa propter absentiam suam ei cognationi vacare, minus commode poterit. aliquibus iudicibus delegatis, viris bonis et jurisperitis, neutri parti suspectis cognitionem eiusdem cause committat, vt ipsi vocatis vocandis, testibus fidedignis, et eorum positionibus vtrinq medio iuramento, fideliter, et diligenter, exauditis et examinatis, et omnibus rebus. que ad hanc causam spectant. sinceriter circumspectis, citra tamen sententie diffinitiue prolationem, quomodo se rei veritas habuerit, P. vestram scriptis doceant, que scripta rursus illa. nobis sine omni mora transmittet, quo nos ex talibus scriptis. aliquid certi cernere possemus, vt in eadem causa, recta via iustitie, procedere, et sententiam diffinitiuam, inter dictos fratres occasione dictoru bonorum, maternorum. sine scrupulo conscientie ferre possemus, assignetq eadem P. vestra, vel assignare iubeat dictis partibus, certum et celerem terminum peremptorium. quem. dicte partes, coram talibus iudicibus delegatis habiture sunt. Volumus enim omnino, vt eius cause cognitio. hinc ad festu s. Bartholomei finiatur, et descriptio eius, a. p vestra, ad

mittatur. Nam nos, mox post festum s. Bartholomei proximum siue allatę fuerint probationes, quas repellere Joannes Miczewski prędictus se habere pretendit contra dictum Paulum Pawlowski, siue non. Nos id quod equum et iustum fuerit, in causa prędicta decernemus. absentia, seu etiam negligentia alterius partis minime obstante.

SIgismundus primus Rex Polonię
Petro kmitę de Wissnicze Castellano
Voinicen, Marsalco Curię regię:
Scœpusien. Colen. Premislien Capit°.

Magnifice. Sincere nobis dilecte. Nudiustertius, rediit cubicularius noster, ex hungaria cum litteris, a Ser^mo nepote nostro, domino Ludouico Hungarię, et Bohemię Rege. quibus scribit se deputasse tandem homines et commissarios, qui vna cum nostris, omnia inter subditos vtrinque discernere, et reuidere debeant. quia vero tempus quod ad hanc rem constitueramus, videlicet diem xi Millium virginum propinquum nimis videbatur suę M^ti, visum est ei. S. Martini festum ad eas res agendas commodius, locus vero ciuitas leutschouia. Nos itaque ad reuisores, quos nobis sinceritas tua nominauerat, iam de ea re mittimus literas, eisque precepimus vt ad diem et locum suprascriptum, se se illic sistant, quos tua S. expensis necessariis et viatico prouideat, ad rationem pecuniarum nostrarum. Ipsa etiam tua S. sit parata, et se cum aliis negotio accingat. detque operam, vt omnia isthic debito fine transigat, pro gracia nostra. et bene valeat.

P. Tomic. Eps. Vicecancell
Petro Kmite de Visnicz Castell° Voinicen Marsalco
Curie regie. Scepusien. Colen. Premislien. Capit°

Magnifice domine, affinis et amice charissime ac honoran. Malczowski cubicularius Regius rediit nuper ex Hungaria, attulit litteras, super negotio finium rectificandorum reliquarumque differentiarum tollendarum, in terra Scepusien. quarum exemplum M^tis^ vestre mitto. nec dubito, quin suas rationes ad id aptabit, quo negotia M^tis^ R. cum dignitate transigantur. Hic noui nihil est, praeterquam quod orator, a Caesarea M^te^ de quo iam pridem significatum erat huc venit. qui vellus aureum se^mo^ domino nostro Regi attulit. Gdanen adhuc hic sunt. sed nondum sunt absoluti. Pestis initia quadamtenus exoriri videntur. Sed datur opera, ne latius serpant. Conuentus generalis Piothrkouie pro festo S. Nicolai proxime est indictus, prout id vestra M. ex litteris Regiis, quas cum parentibus illi mitto cognoscet. Ego a quatuordecem diebus sum eger. Et ob hoc me domi contineo. Cupio autem vestram Mag^ciam^ optime et feli^me^ valere. Cui me ex animo comendo. 1525.

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Jacobo Stasscowski Can^co^ Crac.

Venerabilis domine, frater in Christo char^me^.
Accepimus a vobis litteras, quibus vos excusatis, quod rarius ad nos scribitis, qua in re iustas causas allegare videmini. quare

suscipimus excusationem vestram. Quod admonetis, et petitis vt vos solita nostra beneuolentia complecteremur: Id vos facile a nobis impetraturum sciatis. Nam et factitabamus id iampridem vbi se occasio offerebat, et deinceps non inuiti faciemus. Szamboczki, ostendit nobis litteras vestras ad se scriptas, quas nos sine admiratione vix legere potuimus, videlz eum hominem, qui cum per tot annos satis familiariter vixistis, et in domo vestra fouistis, tam repente a nobis alienari. Scimus quidem, nec vos ignoratis Szamboczki multas inimicitias a multis habere. Nos tamen hactenus nullam causam comperimus, cur alicuius contubernio, videri debeat indignus. Sit tamen in hoc liberum cuiqz iuditium, nostra nichil refert. Illud scire vellemus, an generatim a toto collegio Canonicorum Ecclesie nostræ, prout scripsistis, de ea re admonitus estis, an priuatim et speciatim, ab aliquot, et a quibus, proinde rogamus vos, velitis nos facere de ea re litteris vestris certiores. Chyrotecas, quas nobis misistis, grato animo suscepimus, et pro eis gratias vobis agimus et habemus. Cupimusqz vos bene, ac feliciter valere.

1525

Tomicius Eps vicecancell
Joanni Epo Vilnensi

Rme in Christo pater, et domine frater, et amice charissime ac honoran. Reddite michi sunt littere Rme D. vestræ, quæ vel ob eam causam precipue, michi erant gratissime, q pristinam beneuolentiam eius erga me testificabantur. Quod de rusticis tumultuantibus, scribit vestra R. D. Scire velit eos non modo per superiorem germaniam, verumetiam in terra Ill mi.

Ducis Prussie haud mediocriter tumultuari. Sed ut in eadem Germania, usquequaque pene repressi sunt, ita et in Prussia deo bene iuuante breui reprimentur. Et conatus eorum qui vnitati, et quieti Ecclesie, minus bene volebant, Sic in irritum cadent, Sponsaque Christi sacrosancta Ecclesia, decus et dignitatem suam rehabebit. Pestis hic in multis locis initia sumit. Cracouie adhuc non adeo inualuit, ut tolerari non possit: datur opera ne latius serpat. quid ultra expectandum est deus nouit. Haec pro singulari mea, erga R. D. vestram animi propensione, eam celare nolui. quam feliciter valere cupio. Eidemque me ex animo comendo. 1525

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Petro Opaleniczki Theloneatori Posn.

Generose domine, patrue et amice char^me. Salutem. Offitium vectigalium Regiorum exigendorum Vobis ademptum esse, et tulimus molesto animo iam pridem et modo ferimus. Nam pro virtute vestra, proque necessitudine, et vinculo generis Cupiebamus semper vos, et dignitate et commodis esse et fore quam cumulatissime ornatum et auctum. Sed nec modo scire possumus, quibusnam aduersariorum artibus effectum est, quod exauctorati estis. Tamen non est vobis desperandum. Siquidem oblata occasione, non deerimus rebus vestris pro facultate nostra. Quantum ad Archiepatum per vos conducendum (prout scripsistis) attinet, nescimus, quid vobis consulturi sumus. Non ignoratis enim, quid fructus inde consequebantur alii, qui eum etiam antea conducebant, quorum postremus fuit dominus Martinus Misskowski. itaque opus est delibe-

ratione. Nos qui procul absumus nec talium rerum periti sumus
reliquimus id dexteritati, et ingenio vestro, quid in rem vestram
maxime fuerit id vos optime constituetis. Th. c. Thelonen Posna-
niense antiquum simul cum nouo conduxit Sopichowski, qua-
re quo ipsum retineatis vos iuuare non est nobis integrum.
Ad supputationem a vobis faciendam captabimus tempus
tale quod propositum vestrum non remorabitur. Nam quod R.
D. episcopum Plocen. nepotem nostrum ad epatum deducere
constituistis, probamus institutum vestrum. tametsi negotium
eiusdem Epatus non omnino adhuc expeditum est, quippe et
ipse D. episcopus oratorem Regium Olomucii agens hinc abest,
et littere e Roma nondum allate sunt, forsitan propter per-
turbationem omnium rerum quae illic his temporibus pro-
pter bellicos tumultus exorta est. Valete, et animo ne deij-
ciamini. Melius cras forsan habebit.

Petr. Tomic. Eps Crac. Vicecancell.
Luce de gorca Castello Posn. Capit°
Maioris Polonie generali.

Magce. domine domine et frater honoranme.
Familiaris Magciae vestrae Laneczski, qui huc ad causam suam
agendam venerat, discessit hinc nulla apud me discessus sui si-
gnificatione facta. fortassis eam ob rem exacerbatus, quia causa
eius, aliter quam ipse volebat hic transacta est. vnde vereor ne
me apud Magciam vestram, et apud ceteros aliqua in parte
sugillet. Ita enim fere fit, vt quicunque huc iure disceptatum
veniunt, quoticscunque eis res non ex sententia succedit, semper
inueniunt quem incusent. Scio etiam alioqui nonnulla eiusce di

ad Mag^ciam vestram, iam aliquoties fuisse delata. Sed ego nichil dubito, quin tam levibus rebus minime commovebitur Mag^cia vestra. quandoquidem et ipsa et cæteri talem me semper norunt et experti sunt qui preter æquū et rectum, in neutram partem inclinari soleo. Quantum autem ad ipsius Lanczski causam attinet R. M^tas (quod etiam alioqui in reliquis civilibus causis facere est solita) delegavit eam Consulibus Cracovien cognoscendam, qui consules prout in ea deciderunt, ita eam etiam M^tas sua reliquit. nec vllis persuasionibus ex snīa dimoveri potuit, Quin vt semel ab ipsis Consulibus decisa est, ita eam manere voluit. hæc ad Mag^ciam vestram, pluribus fortasse quam oportuit perscripsi. propterea q̄ omnia quæcunq̄ ago, cum ab omnibus aliīs tum precipue a Mag^cia vestra probata esse velim / Dominus Castellanus Zarnovien. ad cæsarem Turcorum orator designatus. iam in toto absolutus est / R. M^tas non satis fidit Waywode Moldaviæ, et propterea vt per hungariam iter ageret imperavit / de tumultu Germanico hic mira nunctiantur. Sed existimo eadem etiam isthic nunctiari / Allatæ sunt non pridem ex vrbe Roma literæ provisionis Episcopatus Posnanien domino Lathalski. Restat, vt me vestræ Mag^ciæ commendem quam dominus deus cum suis omnibus diu sanam et felicem conservet. 1525

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell
Joanni ex Ducibus Litua. Epo Vilnen

R^me etc. Benevolentia et amor meus singularis erga R^mam P. vestram is erat, vt quicquid vnq̄ ad dignitatem et commodū eius conducere existimarem id summo studio et cura complecte-

ver ageremq. Cum itaq rumor quidam ad me perlatus esset Suffraganeum wilnen e vita decessisse, nec dubitarem non mediocri ornamento et commodo esse, R. Pti vestræ ecclesiæq eius talem Suffraganeum habere qui hoc turbulentissimo ecclesiæ catolicæ statu vita moribus, et doctrina valeret, statui Religiosum fratrem felicem ordinis prædicatorum S. Dominici, singulari vitæ sanctitate, et doctrina virum, ad hoc munus R. Pti vestræ esse comendandum. Quare rogo, velit eum hac comendatione mea, tali muneri præficere. Non enim dubito quin offitii eius functiones omnes tam strenue obeat, ut ei tale offitium prestitisse nunquam pænitebit R ptem vestram. Cui me comendo, quamq feliciter valere cupio.

Sigismundus Rex Poloe,
Lodowico Regi Vngariæ.

Serenissime Princeps. Generosus Stanislaus Lypski subditus noster tum etiam in bellis nostris multis, egregiam operam nauando de nobis ac Repca nostra optime meritus: Cum apud Mtem vestram stipendia fecisset post factum cum eo calculum, dicit se stipendii sui atq damnorum quæ in inferiori Pannoniæ Regione passus est solutionem consecutum non esse. Rogauit nos, ut quo plenariam solutionem assequi valeat pro se ad Mtem vestram intercederemus. Quamq autem non dubitemus, quin suapte magnificentia (Mtas) vestra id effectura esset. tamen singulatim rogamus, quatinus eidem Lypski benigne id quod meruit solui imperet. quasdoquidem pro liberalitate sua, et in nos amore facturam confidimus Mtem vestram.

quam vna cum suis vt Deus quam diutissime seruet vehementer cupimus.

Sigismundus primus Rex Polonie.

Famatis Casparo Beer Michaeli Spyss Iodoco Glocz Ioanni Cimmerman consulibus et aduocato Cracouien. fidelibus nostris graciam Regiam. Famati fideles dilecti. quoniam causa inter Georgium pictorem wilnen. eiusq litis consortes, actorem ab vna, et Joannem Arendes al's Cumeran, ciuem Cawnen. conuentum reum parte ab altera. In iudicio ciuili Cownen vertens, ad Mtem nram, per appellationem a quada snia, ex eodem juditio Cownen deuoluta extitit. prout hoc ipsum Acta ab vtraq partium nobis offerenda demonstrabunt. nobis vero tunc Vilnae agentibus, et multis ac arduis occupationibus districtis, eiusdem causae apellationis cognitioni vacare non fuit ocium. Quapropter, eam causam appleioms, cum toto eius effectu huc Cracouiam aduocauimus plenius discernendam, et finiendam. Sed quia vel similibus, vel maioribus negociis, vt modo vrgemur, nec cognitionibus causarum intendere nobis vacat. Ideo vobis, de quorum integritate, et jurisperitia iam pridem nobis constat, eamipsam causam appellationis, Atq etiam, si necesse fuerit, de principali inter partes predictas cum toto ipsius effectu, cognoscendam, discuciendam et finiendam, et in ea, vsq ad sententiam diffinitiuam, procedendam, commisimus, committimusq per praesentes. Mandantes vobis, quatenus loco, et tempore competentibus, quotiescunq ipsum negotium id exposcere videbitur, simul conuenientes habita super ea re diligenti consideratione, causam ipsam appel-

lationis vendicatis, et iusto libramine justicie discuciatis, et tandem Sniam auctoritate vestra feratis, et latam nobis in scriptis, sub sigillis nostris præsentetis, pro gracia nostra et officio nostro, aliter non facturi.

Petrus Tomiczki Eps Cracc, Vicecancell,
Joanni de Tarnow Exercituu regni Polonie
Capitaneo generali.

Magce domine consanguinee, et amice, charme, ac honorande. Amicus et familiaris meus dominus Nicolaus Herborth, non mediocre damnum passus est, in possessionibus suis, a militib9 mercenariis, qui in Podolia hiemabant, est quæsturus de eis apud Magciam vestram. Nec dubitat illam qua virtute et iustitia est, cum eis iustitiam sibi ministraturam, tamen si ego quoqz causam eius, eidem Magciæ vestræ commendauerim, existimat sibi multum profuturum. Cum itaq idem D. Herborth de me sit optime meritus, egoqz in amore, et beneuolentia M. vestræ erga me, non vulgarem Spem collocarim. Comendo eand causam eidem. Rogoqz plurimum, efficere velit, vt cum Sua-pte rei æquitate, tum comendatione mea, ipse D. Herborth, recompensionem illati sibi damni refferat, ex Iudicio Magciæ vræ. Cui me ex animo comendo, et valere illam felime desidero.

Sigismundus primus Rex Polonie.
Regentibus Austrie.

Spectabilibus, et Magnificis dominis. Vicedomino, Rectoribusque prouintiarum inclitae domus Austriae etc. sincere nobis dilectis.

Spectabiles, et Magnifici sincere nobis dilecti. Proficiscitur ad Italiam, et Ducatum nostrum Barensem Venerabilis Joannes Andreas de valentinis, Praepositus Sandomirien. et medicus noster, in negotiis nostris arduis, a nobis nunctius illuc missus: Acturus est iter per terras et ditiones inclitae Austriae domus. Cum vero sciamus Serenissimum D. Ferdinandum Bohemiae Regem et archiducem Austriae modo isthinc abesse, Rogamus vos velitis dicto nostro nunctio litteras tales dare, quibus fretus cum vniuerso comitatu, equis familia, sarcinisque secure et expedite ad destinatum sibi a nobis locum, per dictas terras ire et redire posset. Id nos vobis omni erga vos fauore, et beneuolentia nostra recompensabimus.

Sigismundus Rex Polonie
~~Regentibus Austrie~~
Senatui Gorlicen

Famati, nobis grate dilecti. Pecijstis nos vt ad Serenissimum D. Ferdinandum Regem, in causa quam nobis litterarum vestris significastis, pro vobis scriberemus. Nos quia probe meminimus quomodo ante annos xvii res ea acta sit Jure, acquieuimus praecibus vestris. Scripsimus namque ad eundem Serenissimum D. Regem eo tenore, qualem ex exemplo quod vobis mittimus intelligetis. fecimusque id, cum propter vetera vestra in nos merita, tum quia iustam causam habere vos certo sciamus. Confidimusque apud iustum principem, iusta intercessione nostram vobis profuturam esse. Datum.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Luce de Gorca Castello Posn. Capitaneo
Maioris Polonie generali

Magce, domine domine et frater honoranme, Salutem et plurimam faelicitatem. Sub id tempus, quo nunctius M. vestræ, huc cum litteris aduenit, Secesserat Mtas R. cum Serma domina Regina, et tota ferme domo hinc ad Niepolomicze, recreandi animi causa. Quare literas, ad Posnanien. theloneatores, pro quibus vestra M. scribit, nunc ei mittere non potui. Nam negotium hoc per alienas manus tractari non fuit mihi visum Sed simulac ipsa Mtas sua huc redierit (quod quidem breui futurum est) curabo, vt voluntati Magcia vestræ in litteris ad theloneatores expediendis satisfiat. Nesciebam opus esse mandato ad conuentum hunc, qui cum oratoribus domini Marchionis electoris est futurus. existimabam enim tam insignibus Senatoribus Regni Poloniæ etiam citra mandatum fidem haberi debere. Sed cum mandato opus esse visum est Magciæ vestræ, en mandatum simuletiam litteras salui conductus mitto. Volui autem, vt illas ferret quamprimum is nunctius non expectato etiam reditu Mtis Regiæ ex niepolomicze, veritus ne quid in negociis publicis negligentiæ committeretur. De rebus Romanis nihil innouatur. puto tamen quod breui intelligam omnia quæ illic aguntur, et vestræ M. perscribam. Quam valere felme cum suis omnibus desidero. meque illi ex animo commendo. Datum.

Sigismundus primus Rex Poloniae Alberto Marchioni Brandeburgen Duci in Prussia.

Illustris princeps et domine, nepos noster charissime. Salute et plurimam faelicitatem. fidelis noster dilectus. Generosus. Venceslaus Proczek de Cethen qui in aula nostra multos annos honestissime meruit. habet in Regno Bohemiae, non parvum nec vulgare negotium, videlz. certam et non contemnendam summam peccuniariam. ex publicis eiusdem Regni vectigalibus exigendi. quam Ser.mus olim D. Vladislaus. hungariae et Bohemiae, etc. Rex frater noster, fratri eius Proczek secretario. pro veteribus et fidelissimis suis serviciis liberaliter donaverat. litterasq obsignatas, et manu eius subscriptas, super eam concesserat. Idem Venceslaus Proczek post mortem fratris sui, utpote haeres eius. in eodem Regno Bohemiae, nichil intentatum reliquit, quo summam ipsam fratri suo donatam, et ad se iure devolutam assequi et obtinere posset. nec tamen hucusq profecit. existimat tamen et confidit, se negotium hocipsum facile expediturum. et se compotem voti brevi futurum, Si in eo consilio ope gracia, et auctoritate Ill.ris D. vestrae adiuvaretur. pecciitq nos in ea causa ~~pecciitq nos in ea causa~~ apud Illtrem D. vestram se comendari. Itaq comendamus eum eidem. Remq nobis, non vulgariter gratam facturam denunctiamus. Si eum, ita ut maxime cupit consilio, ope, gracia, et auctoritate sua, in eo negotio expediendo iuverit Ill.ris D. vestra. quam felix valere optamus. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Christierno Regi Daniæ.

Serenissime Princeps, et domine, frater et amice noster charissime. Etsi Magister ordinis sancti Ioannis Vittus de Thumme, iustu odium nostrum erga se promeruerat, et prouocauerat. tamen, cu Mtas vestra, pro eo tam accurate Scripserit, quo eum nobis viceuersa conciliaret, Condonauimus ei id, quo in nos deliquit, fauore etiam peculiari eum prosequi non abnuimus, modo deinceps erga nos, et nostros ita se gerat, ne sibi iure irasci videamur. vestram Mtem fœliciter valere optamus. Datu.

Sigismundus Rex Consulatui Sandomirien

Famatis Proconsuli, Consulibus, aduocato, Scabinis, cæterisqz quorum interest, ciuitatis nostræ Sandomirien. fidelibus dilectis graciam nostram. Famati, fideles dilecti, quæstus est nobis famatus Bartholomeus Cubalecz, quomodo, cum inter ipsum ex vna, et Nicolaum Kulan. parte ex altera, occasione tutoriæ quorundam puerorum, et bonorum, ad eosdem pueros deuolutorum causa et controuersia verteretur, eaqz ipsa causa a iuditio Bannito Sandomirien. ad ius Supremum castri Cracouien. et tandem ad nos per apellationem deuolueretur, Nos etiam per commissarios nostros, reuisis eiusdem causæ productis, et acticatis, approbatisqz iuris Supremi Sententiis, dictam causam ab eo puncto, a quo desiit isthuc ad iuditium vestrum debito fine terminandam, viceuersa remisissemus, ita tamen

q pars aduersa, cittari, et respondere deberet, prout hoc litterae nostrae, ad uos in eadem causae datae testificantur: Vos tamen prout ipse Bartholomeus kubalecz asserit, parte non cittata, nec etiam attento, q in seruitio nostro existens abesset, contra eum absentem processistis. domumq in certa summa peccuniaru per praeconem nostrum arestare decreuistis. in magnam iniuria et grauamen dicti Bart. Cubalecz. quod si ita est, videtur nobis non ordine factum. Cum vos a nobis, per litteras nostras edocti estis. partem aduersam, cui nos respondere mandauimus cittari debere. Proinde mandamus vobis, vt in dicta causa ita agatis, et cum dicto Bart. kubalecz ita transigatis, ne ipse deinceps iustam occasionem, apud nos de vobis querendi habeat/et si quid non secundum tenorem litterarum nostrarum, egistis, id emendetis, et corigatis. alioquin cogeremur contra vos cittationem decernere. et inter dictum Bart kubalecz ~~ita transigatis. ne deinceps iustam occasionem, apud nos de vobis querendi habeat, et si quid non secundum tenorem litterarum nostrarum egistis. id emendetis et corrigatis. alioquin cogeremur, contra vos cittationem decernere, et inter dictum Bar kubalecz,~~ et vos secundum iuris formam, iustitiam ministrare. quare aliter non faciatis, pro gracia nostra. Datum. Cracouiae. feria quinta post oculi. Anno 1. 5. 25.

Sigismundus primus Rex Pol
Stanislao de Coscielec Palat. Posnan
Bidgostien Marienburgen. Tucholen
Stumensi Capit.

Magce sincere nobis dilecte. Maluissemus quidem sintem tua si per aduersam valetudinem eius licuisset huc venisse, et vna nobiscum, cum reliquis consiliariis nostris. de Rep. tractare verum cum Deo ita volente, id fieri non potuit. boni consuli:

mus absentiam eius, excusationemq suscipimus, grato tamen animo accepimus. Consilia, et deliberationes eius, quas nobis huc misit, quandoquidem ad multas res quas hic tractamus expediendas, non parum nobis profuerunt. Nos conuentui huic finem imponere curamus. Sintem vero tuam, interim valere, et valetudinem curare optamus. Datu.

Petrus Tomiczki eps Crac. Vicecancell.
Stanislao de Coscielec Palat. Posnanien.

Magce Domine, amice charissime ac honorande. Salutem, et plurimam fœlicitatem. Doleo vehementer Magciam v. tam aduersa valetudine adfectam esse, eo presertim tempore quo maxime eam hic adesse oportuit. Ego namq caeteriq amici M. vestræ ex eius præsentia singularem voluptatem cæpissemus. Consiliaq eius Remp. magna in parte iuuissent: Sed cum deo ita collibuerit, et Magciam vestram quæ affligitur, et nos qui vicem eius dolemus, æquo animo ferre necesse est. quanq autem ipsa R. Mtas absentiam Magciæ vestræ, excusationemq eius benigne susceperit: Nichilominus tamen ego pro offitio meo, et amore in eam, excusaui apud suam Mtem. quam amplioribus verbis potui, hunc casum M. vestræ. et proinde, nichil michi cæterisq amicis suis. Nunc efficere potest gratius, quam vt bono animo sit, valetudinemq suam quam diligentissime curet. quandoquidem nos interea quidquid dignitati eius conducere arbitror, id hic strenue curo et ago. Magciamq vestram, bene et cito conualituram desidero. Datum.

7

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Rachembergo

Generose domine, amice char.me Inuiti audimus D. vestram, a gentili nostro, domino Petro Gorski et a Coppaniczki, eo pacto, prout scribit impeti. quandoquidem, multo magis mallemus omnes nostros, cum D. vestra in bona amicitia quàm in dissensionibus viuere / de domino Gorski, non aliter existimare possumus. quam eum hoc prætextu fecisse, quicquid fecit q. scit per R. Mtem seuere prohibitum esse, Ex Polonia in Slesiam. Ne quicquam rerum venalium importaretur. Vtcunque est. dedit sua Mtas ad vtrumque eorum litteras, quibus vtrique eorum serio mandat. Ne deinceps erga d. vestram, tale quicquam perpetrent, ob quod ipsa iuste queri posset / Quod ad fines, inter loca ista dispiciendos attinet: Sciat D. vestra, R. Mtem Magco domino Castellano Posnanien, iam commisisse, vt peracto conuentu, et tempore ad tale negotium obeundum apto illuc se conferat. et cum Illri domino Carolo Duce Minsterburgen, et Capit. Glogouien super ea re collato consilio, controuersiam omnem quæ de finibus vtrinque exoriri solet, dirimant et componant / pro rebus nouis tam Hungariæ quam Italiæ, q. nobis eas descripserit D. vra. agimus et habemus ei magnas gracias. Pro equo eunucho, quem D. vestræ donauimus. Non erat opus tot gratiis, quoniam perlibenter a nobis donatus est. Gratum tamen nobis est, q. offitiolum hoc in tam gratum hominem contulerimus, qualem se offert et exibet D. vestra. quam bene valere optamus. Datum.

Petrus Tomiczki Eps Vicecancell
Seuerino Bonero Zuppario Crac

Generose domine amice charissime. Salutem. Quod per tantum temporis interuallum, post discessum videlz D. vestræ hinc, ad eam nullas litteras dederimus, in causa fuit occupationum nostrarum multitudo, quibus pene noctes atque dies obruimur, adeo vt etiam nobis tacentibus, ipsa D. vestra pro singulari sua prudentia, rem ita se habere, facile conycere potest. Non tamen nobis ideo exciderat animus et voluntas in omnibus licitis rebus gratificandi, eidem D. vestræ. Cui etiam non vulgares gratias ago, quod litteris suis me certiorem reddere soleat, de Italiæ, germaniæ, cæterarumque exterarum gentium, bellis, et rebus, quarum cognitio non modo nobis iucunda existebat, verumetiam necessaria, vtcunque tristiora, quàm vellemus, nonnunquam nunciabantur. Calculus rerum nostrarum, per D. vestram missus, erat, nobis gratissimus, curabimusque vt debitum nostrum cum gratitudine debita illi exoluamus. Vicezupparius Bochnen. tristem sententiam in causa sua retulit, nobis inuitissimis et reclamantibus, ipse enim testis erit apud D. vestram, qua sollicitudine ei succurendum esse conabamur. Sed siue fato, siue fortuna eius iniqua, aduersariorum artes præualuerunt, effeceruntque vt bona pars senatus, in eum condemnandum consenserit. necesse est, vt æquo animo ferat hunc aduersum casum suum Deoque reliquum committat. Inuiti etiam hic audimus maleuolorum quorundam, erga D. vestram conspirationem. nunctii quippe terrarum, per certum articulum (vt vocant) pub ce X

90

exibitum. aperte oppugnare nituntur. fortunas et successus D. vestræ. qui nunctii, tametsi idemipsum etiam contra olim patruum eius; et vniuersam Germanicam nationem tentabant. Nunquam tamen (quodquidem meminerimus) tanta contentione res acta est. ac modo agitur. Nominatim quippe descripserunt nomen, et cognomen. D. vestræ, volunt[que], ne quam præfecturam artium contra statuta Regni Poloniæ gereret. Sed vt ipsi pertinaciter fere contendunt, quo statū hunc, quem virtute et meritis suis. assecuta est D. vestra deprimere valeant: Ita non deest et Sere[mi] D. nostri auctoritas, et noster multorum[que] Senatorum erga D. vestram amor et studium. Quo ad nos attinet quicquid dignitati et commodis D. vestræ prodesse poterimus, pro facultate nostra, id libentissime illi præstabimus. quam fæliciter valere optamus. Datum.

Sigismundus Rex Polo[niæ]
Mercurino de Gattinario.
Cesaris CAroli Quinti.
Cancell[ari]o.

Illustris et Mag[nifi]ce domine amice nobis char[issi]me. In plurimis rebus ac negotiis nostris. quæ apud Cæsareum culmen habuimus, non mediocre studium, et in nos beneuolentiam Ill[ustri]tis tuæ semper cognouimus. tum præcipue. in restitutione Ducatus Barensis. prout hoc ipsum ex litteris oratoris nostri Ioannis Dantisci plene decididitimus. Pro quibus rebus summas habemus gracias tuæ Ill[ustri]ti. Cui etiam id per omnem occasionem. omni genere gratitudinis compensare volumus. Rogamus[que] illam plurimum. velit cæptum in nos offitium prosequi. et auctoritate Sua apud Cæsaream M[aies]tem, nos adiuuare: quo arx quo[que] Barensis. sine qua possesio ipsa ducatus manca est, nobis restituatur. efficere[que] vt hoc Cæsareæ M[aiesta]tis in nos benefitium sit

solidum et perfectum: Ita ut vniuersa illa ditio in potestatem nostram deueniat. Cætera commisimus Mag^co Joanni oratori nostro apud ipsam Cæsaream M^tem ope et consilio Ill^tis tuæ agere. Cui rogamus adesse velit, ut in omnibus aliis negotiis nostris semper solita est. Referemus hanc operam tuæ Ill^ti omni beniuolentia, et gratificatione nostra. quæ valeat, et sit felix. Datum.

Sigismundus primus Rex Polo^e
Ludouico Regi Hunga^e et Bohemie

Serenissime Princeps, et domine.
Ciuis noster Cracouien. Michael cognomento Spiss, Solet in Regno M^tis vestræ Hungariæ negotiari. habetq modo istic merces suas. et quædam alia ampla. et magna negotia: veretur ne hoc præsertim tumultu, detrimentum rerum suarum patiatur. Comendaueramus alioqui res eius. haud ita diu M^ti vræ. quia vero ob merita in nos sua nobis charus est. Scimusq etiã M^ti. vestræ olim vsui fore posse. Idemtidem eum M^ti vestræ comendamus. Rogamusq, vt in hoc motu rerum (quem quidem nos adiutore Deo, cum decore M^tis vestræ breui conquiescere speramus) dictum Michaelem gracia, et authoritate sua. ita protegat et subleuet, vt res, et negotia eius omnia, quam tutissima essent. M^tem vestram optime, et diutissime valere optamus. Datum Cracouiæ.

Petrus Tomiczki Eps Crac: Vicecancell
Alberto Marchioni Brandeburgensi Duci
in Prussia

Illris[me] Princeps et domine domine honoran[me]. Ante omnia velim, vt vestra Illu[tas] boni consulat, seriorem aliquanto hic huius sui nunctii expeditionem, non ob aliam certe causam factam, nisi quod praeter res ac negotia praesentis conuentus, etiam multum aliarum actionum erat, cum oratoribus e diuersis regionibus, vsque dum hic presentibus, adeo vt Regia Mtas de rebus v. Illustr[mae] dominationis, vix inter haec michi copiam facere potuerit sui alloquendi. Tanta hic rerum nunc moles est publicarum et priuatarum simul et externarum. Quod autem scribit v. Illu[ma] dominatio se lacessitam esse, nec desinere impeti a domino Magistro Teutonicorum, dolerem illius conatum potius quam v. Illu[tis] vicem, nisi abunde responsum eidem viderem: in tantum etiam, vt si sapiat credam illum potius de supersedendo quam de scribendo huiusmodi dicteria deinceps cogittare. quanquam ego hanc quam michi misit v. Illutas suam responsionem legere hactenus non potui (multis impeditissimus) lecturus diligentius iterum eandem prima quacumque oportunitate. De theloneo rescribit v. Illume dominationi ipsa Regia Mtas, quae qua est humanitate singulari et clementia, factura esset omnia, quaecunque citra queritationem subditorum commode facere posset. Illud tamen commeminit Mtas sua non esse praetermissum, in faederibus, ne quae thelonea noua instituantur. Instituta vero, et aucta non ita pridem vt cessent. De renouandis limitibus, inter Samogethiam et Prussiae ducatum, non abnueret Regia Mtas, vt vel nunc occasio daretur hoc ipsum faciendi. Sed non nescit sua Ser.[ma] Mtas, dominum Stanislaum illarum Regionum prefectum, praeter senectutem illius extremam, quae satis per se est morbus non lenis, subinde etiam eundem,

nunc graviter ægrum esse. Quanquam nec solius (etiam si vale-
ret) aut unius foret huic disterminationi interesse. Ad quod tame
faciendum, captabitur breui aliquod idoneum tempus. Cæterum
de interitu, filii eiusdem domini Stanislai. vana fuit isthic obor-
ta fama. Nam viuunt uterqȝ. Sed alius quispiam adolescens, per-
inde in Lithuania, insigni familia oriundus cognomento Jlinicz
in venatu periit. Illust.mi Domini Germani vræ Illust.mæ Do-
minationis, vel tacente vestra Illu.te, ego fidelem ac sedulam
mentionem apud Regiam M.tem iam feci, ac sepe alias faciam
quoties commodum, ac in rem fore putabo. Nam de mazouiticis
rebus, usqȝ huc, (ob publica et grauiora quædam) nichil hacte-
nus tractatum fuit, restat tamen tractandum. Ser.mus Domi-
nus meus qua est perpetua vigilantia, et studio, in Remp. Chri-
stianam, et illius quietem, pacemqȝ stabiliendam non ferens imo
dirimere cupiens, si qua ratione posset, hoc quicquid est dissensio-
nis et controuersiæ, inter Ser.mos Bohemiæ, et Hungariæ Reges
nulli neqȝ sumptui, neqȝ labori parcens, misit ultro nuper ad Se-
re.mum dominum Regem Ferdinandum. Magnificum D. Palati-
num Cracouien. quod illi bene vortat de concordia inter eosdem
Reges, et Regna eorum tractanda. Cui precor exitum conatuqȝ
ac reditum faustum. Meqȝ vestræ Ill.mæ dominationi ex ani-
mo comendo. Quam cupio feli.me et quam diutissime valere. Dat.

Generoso domino Nicolao Boglewski ...

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell

Nicolao Boglewski vexillifero Czerskensi

Generose domine, amice noster dilecte. Salutem. amicus et necessarius noster dominus Petrus Gorinski, cum virtute sua, tum eximiis in nos, et domum nostram meritis, tantum fauoris sibi, et beneuolentiæ apud nos conciliauit, vt dignitatis, ac incrementorum eius merito rationem habeamus. is cum hic apud nos esset. Nosq sibi ad omnium honorum et commodorum gradus opem, operamq et consilium nostrum offeremus, ex oratione eius intelleximus: nichil æque sibi cordi esse quàm rem vxoriam, curamq domesticam, modo sibi honeste nuptiæ obtingerent. quantum autem perspicere potuimus. ad sororem vestram Generosam dominam Catherinam de Boglewo, relictam olim domini Capitanei Warsouien. animum adiecit. nec immerito. ipsi enim nuper Varsouiæ existentes, vidimus ipsam dominam Catherinam, ea ætate, forma genere, et facultatibus præditam esse. vt digno et honorato viro iure collocandam arbitrãmur. Cumq ex aduerso, dictum amicum, et necessarium nostrum dominum Gorinski, honestissimo quouis coniugio, dignum iudicemus, Gtemq vestram. apud eandem dominam Catherinam Oyrzanowska, vtpote affinem suam. auctoritate, et consilio plurimum valere non dubitemus. Rogamus eandem G. vestram. Suadeat sorori suæ, perficiatq apud eam, vt eundem amicum nostrum. D. Gorinski in maritum sibi accipiat. Id si fecerit, ipsa quidem vna cum marito. certum præsidium, et tutelam rerum suarum. a nobis sperare poterit. G. vero vestra rem gratissimam. nobis se effecisse sciat. quam Coccasione se offerente ℈ offitio et beneuolentia nostra libenter ℈pensabimus eidem G. vestræ. quam bene valere optamus. Datum.

Jo. Vim. Dulcis Cubicularius
Et Protonotarius Appcus. Cancus
Patavinus

Petro Tomicio Epo Posnamien
Regni Polonie Vicecancello.

Salue Pater amplissme. et domine mi obseruantissime. Cum superiore anno inire graciam Stanislai Gorcen. custodis Plocen viri eruditione, et virtute clariss. contigisset, et ex ea ad amicitiā Dijs annuentibus raram vterq nostrum venire non negasset, Sic vtrinq corroboratam. breui dierum spatio vidimus, vt ab ipso cælo effluxisse eam haud dubitare quisq potuisset. quid n. est homini oportunius homine? Nichil sane. Coaluit itaq inter nos beneuolentia, tali modo, vt alter sine altero esse supra diem vnam, vix putasset expiabile. Noui ego experientiā humanos animos, sic nutriri vsu beneuolentiæ, vt corpora cibis. Ex qua factum est, vt Martino, Stanislao, ac alijs vti familiarissime. vel inuitus cogerer, cum ij inuisere Stanislaum. mecum frequentius consueuissent. Recessit deinde is in Patriam profecturus. et Stanislaus tribulis tuus studiorum causa, vt venerat, remansit. quo cum talis ac tanta beneuolentiæ vis creuit, vt non priuatum me priore Stanislao, sed adauctum mihi alium fuisse, id aliquando sentire meruerim. qui cum bonæ sit indolis, et frugis plurimum præseferre videatur, honestis moribus et ardentiore animo studia insectetur, meiq consuetudinem non aspernetur, optimo genio inuitatus, et humaniss. sit in me, sic me ad sui amorem illexit, ac tenuit, vt non diligi, sed amari a me iure optimo meruerit et debuerit. Ex quo, cum multa vt fit inter amicos commentari contigisset, ei

esse patronum episcopum virumq; vndequaq; virtute, et doctrina cla-
rissimum qui eum a puero aluisset, et nunc etiam fouet deprehendi.
Quare cum sim tali amicitiæ nodo ipsi Stanislao coniunctus, et
eam quam mihi donassent numina vllo vnquam tempore reiectu-
rus, cum amicitia in humanis melius sit nihil, te literis salu-
tandum ac venerandum, amicus Stanislai consentaneum censui,
vt ex Stanislao intelligeres aliquid aliquando, etsi admodum non
sit vtile, vel tua gracia dignum amicum dulcem acquisiuisse et
adauxisse. Tu magnæ licet sis in Patria tua et authoritatis su-
miq; fastigii; dulcem qui se tibi ob virtutes tuas eximias ob
Stanislai beniuolentiam dicat ac vouet non reiciendum sed ex-
cipiendum proponere digneris. hoc te haud facturum dubito,
cum non humanum modo natum te sciam sed humanitatis a-
lumnum intelligam, quæ scripsi si ad stomachum non facere
censueris, non postergare sed disciplina tua humaniore castigare
poteris, vt non explosa, sed puncta alias castigatiora prodire
non vereantur. Hæc qualiacunq; erunt, pro mei in amplitudine
tuam animi declaranda voluntate, conscribere volui, ne ru-
sticitatis crimine, reus fierem, et Stanislai beniuolentiam par-
ui viderer pendere. Sum itaq; totus tuus deditissimus. Sed
antequam circulum claudam, rogatum te velim, vt me meaq;
opera, si quid hic sum, sum tamen minimi, vti pro arbitrio, non
dedigneris, quod si facies, litteras meas apud te fuisse non par-
ui momenti, et dicationem animi mei exceptam fuisse, et in-
telligam, et lætabor. Vale, et diligere dulcem. Saltem si a-
more renueris, stude, qui te veneratur ac colit. fore aliquando
spero. vt dum meum Stanislaum inuisere peropto, te etiam ve-
neratum veniam. Teneri scias me miro desiderio videndæ Pa-
triæ tuæ, et vestrates, quos amo videre, et si quid forte apud
nos locelli peregrino homuntioni dari posset, esse apud vos diu,
et vitam viuere vobiscum dulcis statueret. Patria certe, vt dixit
Æneas Siluius illic est vbi delectat viuere. Sed vbi magis

magis posset delectari dulcis quàm esse apud amicos non vulgares non subdolos, ut plurimi sunt apud nostrates, sed apud vos quos vidi, et quasi manibus propriis attrectaui, amore ardere amicitie cui quantum afficiar, et usu quantum delecter, meus Stanislaus et tuus, immo noster alter Stanislaus, erant optimi testes. Vagatus sum nimis, et epistolarem modum excedere voluit amicitia. Hæc sint apud te pro tricis et apinis. Animum non eloquium litteris aperire existimaui. Vale iterum Reuerendiss. Præsul, et Dulcem non in Secretiorum sed in tuorum saltem numero, reponere. Patauii prid. no. Nouembris. M. D. XXiij

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Anthonio Regis Gallie oratori.

Mace domine amice charme. Quanquam dominus Rozen curialis Seremi domini nostri Regis qui Magciam vestram conducebat, nondum redierit, tamen ego certissime persuasum habeo Magciam vestram saluam et incolumem ad destinatum locum iam peruenisse. Sciat Magcia vestra dominum Jheronimum de Lasko Palatinum Siradiensem ad Serem, et christianissimum Regem Franciæ oratorem designatum iam hinc esse dimissum et profectum habet idem orator ea mandata sibi commissa, quæ Seremimo et christianissimo Regi Franciæ existimo non ingrata futura, prout patebit. Superest ut Magciam vestram, tanquam amicum meum singularem, rogem, ut eidem Sermo et christianissimo domino Franciæ Regi, perpetuam et promtissimam seruitutem meam comendare velit quam et suæ Mati et eius omnibus pro virili mea quotiescunque occasio se præbuerit, semper presto sum exibere. quodquidem Magciam vestram pro virtute sua, et mutua amicitia nostra fa-

cturum non dubito, Ego vicissim quibuscunque in rebus possum honori, et dignitati M. vestræ nunquam deero. Cui me comendo, et cupio illam fœli^me^ valere. Datum.

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancell
Episcopo Wratislaviensi.

Rme in Christo pater, et domine amice, et frater honorande. Salutem, et plurimam fœlicitatem. Quanquam iam pridem, nichil apud me fuisset antiquius: nichil quod maiori vel cura vel contentione agerem, quàm vt in plurimis locis præsertim nobis vicinis labantem oppressamque Christianam rem, pro facultate mea fulcirem, tamen lectis R. d. vestræ litteris, quibus me ad eam rem admonere videtur, eo alacriori animo occasionem arripui, ad maiora perficienda. cuius rei indicium est vel quod cura et sollicitudine mea nunctius ad Regiam Mtem Bohemiæ a Serenissimo domino nostro Rege Wratislaviam cum in cæteris, tum in eo ipso maximæ fidei et religionis instaurando negotio priusquam R. d. vestræ litteræ fuissent perlatæ, iam esset designatus et dimissus. videlz dominus Nicolaus Nypczicz curialis suæ Mtis, eidemque R. d. vestræ (vt credo) non incognitus is aut peruenit iam isthuc aut iam iam perueniet. imperatumque sibi est ab eodem Ser.mo domino nostro, vt priusquam rem aggrediatur consilio et doctrina R. d. vestræ erudiatur, et ita eam agat et tractet, prout sibi præscripserit R. d. vestra. quam fœliciter et optime valere cupio. Cuiusque amori me commendo. Datum.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Laski Archiepo Gnesnensi. legato
nato: Primati.

Rme in Chro pater et domine maior honorande.
Nuntiatum est mihi Georgium de Vagrow Vicecarium quondam in Coczko et Golabie, hominem versutum, improbum, vexatorem, et quod maxime ei datur vitio, confitentium sibi peccata, et errata sua contra ius sacerdotale, nominatim reuelantem, postquam e diecesi mea ob grauia facinora pulsus esset, istuc se in Ptis Vre Rme diecesim contulisse, ibique id pro malignitate sua potissimum conari, vt iurisditionis mee quosdam laicos et clericos in illius foro conueniat, spreta primum et deserta, lite iam multo ante cum iisdem apud commissarios meos hic instituta. Rogo plurimum Vram Rmam D. vt deinceps cum terguiversatorem, et multorum circumuentorem iuditiorum, non foueat, causamque et actionem, quam Diocesanis meis coram ea intentauit, ad me vel priores commissarios meos remittat, meque iure meo hic vti libere patiatur. Etenim ego vti omnibus sum solitus, ita ei quoque in iusticia administranda nunquam sum defuturus. Factura rem et equitate conuenientem dignam et michi plurimum gratam. Et valeat fælicissime Vra Rma Ptas. Datum ex Bodzanczin etc

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Ioanni Laski Archiepo Gnesnen. primati
Legato nato.

XB

Rme in Chro pater et domine maior honorande.
Allate sunt mihi littere D.nis V.re R.me quibus queritur de me, quod Jurisditionem legationis sue impedirem et despicerem. Culpat autem primum V.ra R.ma D.o et grauiter incusat Domini Misschcowski factum, cui ego authoritatem iurisdicendi hic in tribunali meo iam pridem delegaui, Deinde etiam mihi ipsi attribuit, quod in contemptu authoritatis et dignitatis sue, fuerit hic in Dyecesi mea censurarum et edictorum eius executio prohibita, ob cuius prohibitionis trangressionem, in testimonium adducit sacerdotem quendam hic grauiter esse nuper mulctatum. Quo cum sibi et sedis sue authoritati magnum preiuditium a me fieri autumet, initio me premonet, deinde acerbioribus aliquantulum verbis, iuris et potestatis sue tuende controuersiam mihi denunctiat, ad exemplum videlicet R.mi olim D.ni Sbignei predecessoris sui se comparans, Atque omnia, accipiat et cognoscat V.ra R.ma D.o expostulationis sue equitatem, Initio tamen vt ordinem litterarum responsio mea persequatur, Videtur mihi dominus Misschcowski inmerito acusari, qui id quod voluntatis mee fuerat, ex offitio suo adimpleuit, nam preter meam voluntatem, neque ipse facere aliquid consueuit, neque ego id fieri paterer, qui in exercendo administrationis mee offitio non soleo ita dormitare, et stupidus esse, vt preter scientiam meam et per surreptionem quicque statui, vel com:

mitti debeat. Deinde quod ad me attinet, vt apparere pos-
sit V(est)r(a)e R(everendissi)m(a)e D(omi)n(ation)i, quae sine causa mecum est expostulata, hoc
huius rei seu tragediae est argumentum. Pulsus erat iam-
pridem et proscriptus ex Diœcesi mea Georgius Szabijrci,
homo testimonio omnium, qui illum nouerunt, flagitiosus et
turpissimis facinoribus insignis, tergiuersator, fallax, prae-
uaricator in iniquis, desertor in equis inditus repertus,
astu et dolo circumueniendorum hominum repletus. Is cum
non multo ante tempore ad naturam consuetudinemque suam
rediens in Diœcesi mea turbare quietem hominum supra
viginti spiritualium et secularium, et illis ob paruum nescio
quod debitum, et vix vt certo edoctus sum ad XVIII mar-
cas pecuniarum se extendens, negotium facessere cepis-
set, euocans hinc illos et extrahens contra Synodale de-
cretum, et omnem equitatem, ad longinquum tribunal V(est)r(a)e
R(everendissi)m(a)e D(omi)n(ation)is, est ita iterum a me hinc exactus, et a molestiis
hominibus inferendis prohibitus, vt tunc quoque cum vexa-
ret quosdam, ego perhumaniter et modeste de illo apud
D(omi)n(atio)nem V(est)ram R(everendissi)mam queri non dubitauerim. Quo an vio-
latur et contemnitur authoritas illius, iudicent alii; ego
satis sum mihi conscius, in offitio probe me permansisse.
Memini etenim Synodi hanc esse constitutionem, eaque lege
legationem V(est)r(a)e R(everendissi)m(a)e D(omi)n(ation)i esse admissam, vt liceat illi in
causis, magni tantummodo momenti, et de quibus ipsa sola
V(est)ra R(everendissi)ma D(ominati)o cognoscere vellet, citare subditos Suffraga-
neorum suorum iure legationis ad sedem et tribunal suum.
In ceteris vero minoribus et pecuniariis controuersiis,
quasque non ipsa sola esset iudicatura, debere V(est)ram R(everendissi)mam
D(ominationem) committere causas in Diocesibus reorum. Considerabit
igitur V(est)ra R(everendissi)ma D(ominati)o, ego ne magis authoritatem illius despitio,
qui ex constitutionis Synodalis formula meos Diocesanos
in offitio contineo; an illa meam contemnit iurisditionem

que contra hanc ipsam constitutionem, cuius vigore causas,
quas ipsa iudicare non vult, aut non potest, committere in Diocesi
mea deberet, ex ipsa Diocesi mea, in minimis quibusque causis,
quasque non ipsa, sed foraneus quispiam illius iudex cogno-
scit, homines quietos turbatori cuicumque patitur euocare,
qui certe si hic per delegationem factam in Diocesi mea expe-
rirentur, nihilo magis quod suum est, et absque vlla contro-
uersia consequi possent. Sunt quippe mihi eiusmodi viri in
officiis iuditiorum, vbique presidentes, quibus facile, et maxi-
ma queque causa credi et demandari possit iudicanda.
Redeo ad illud sacerdotem esse mulctatum. Sacerdos quidem
nulla iniuria, vel mulcta affectus est, Sed et si id ita esset,
meo iure me in meos vti D. Vra Rma sinere deberet, et
non querere, ex his que sibi non officiunt, simultatum et
inimicitiarum suscipiendarum causas. Cetera coram,
Nunc valeat optime Vra Rma D., et sit quam diutissime inco-
lumis et foelix. Datum in Bodzanczin die dominico, infra
octauam Visitationis Marie. Anno domini M. D. XXVIII.

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancellar.
Ioanni Laski Archiepo Gnesnen. primati.

Rme in Christo pater et domine maior honorande.
Plebanus Vianouicen., quem citari edicto suo P. Vra Rma fecit
ad certam diem, vbi tum cum curia sua constituetur, petiit
a me, vt P. Vram Rmam rogarem, ne illum in certis locorum
obseruationibus stringi faciat, sed ad vnum certumque locum,
siue in Diocesi mea, siue in Diocesi sua, causam delegat, et com-
mittat, vbi et iurisperitorum, et procuratorum copia commode

haberi possit, que postulatio sua, quia mihi videtur iusta et equa esse, P. Vram Rmam plurimum rogo, vt ei in hoc assentiatur, et comitti causam Gnesne, si hic in Diocesi mea non videatur, faciat, in quo P. Vra Rma rem offitio et equitate sua dignam faciet, et quam plebanus suma grati: tudine et seruitute sua, erga P. Vram Rmam prosequetur. Comendo me amori et beneuolen. paterne P. Vre Rme, quam fælicem semper et diu incolumem vehementer opto. Dat Crac. etc.

Sigismundus primus Rex Polonie
Petr. Tomic. Eps Crac. Vicecancell
Ioanni de Lasco Archiepo Gnesnensi

R-Me in Chro pater et domine. Sincere nobis dilecte. Scripseramus dudum P. Vre, ne aduersum Ciues Sandomi: rien et plebanos aliosqz subditos nros, qui ex donatione regum predecessorum nostrorum vectigalia seu Thelonea ad se spectancia capiunt, censuras Ecclesiasticas fulminari permitteret, donec nos prius visis illorum, et P. Vre priuile: giis de iure ipsorum discerneremus. Quod hactenus facere non potuimus. Quoniam aut P. Vra non expectata cogni: tione et decreto nro nunc iterum, vt illi querunturr moneri illos mandauit, hortamur illam, vt differat adhuc Iuris istius sui seueritatem quo ad nos de iure tam P. Vre quam illorum prius cognoscamus, et quid deniceps fieri debeat decernamus. In quo faciet P. Vra rem suo offitio et equitate dignam, et nobis gratam. Que bene Valeat. Dat.

Sigismund primus Rex Polonie
Ioanni de Lasco Archiepo Gnesnen

R^me in Chro pater et domine: sincere nobis dilecte. Miramur P. Vram subditos nostros de Soll ab Iudicio suo ad suos competentes Iudices non remisisse: sicut iam super hoc semel P^ti V^re scripseramus. Quare cum Generosus Octauianus Supparum nrarum in Russia prefectus, ista de causa ad P^tem Vram istuc proficiscitur, hortamur illam vt subditos nros causa audita et examinata, sentenciam definitiuam, simpliciter et de plano absq strepitu et figura Iuditii, inter eosdem subditos nros de Soll et plebanum, cumquo illis res est citto ferat, ne longo itinere, et sumptibus non necessarijs onerentur. Octauianus autem id quod ad rem et equitatem negotii pertinet. P. V^re coram planius explicabit, et Ciuium nrorum nomine de omnibus expediet, faciet illam certiorem. Bene valeat V^ra P^tas
Dat etc

P. Tomic. Eps vicecancell
Ioanni Laski Archiepo Gn.

R^me in Chro pater et dne maior honorande.
Missus huc tercio erat hiis diebus ad M^tem Regiā Nuncius à Ciuibus Sandomiriensibus questum de R^ma P^te V^ra, q illos non habita vlla ratione l^rarum M^tis sue exco:

mumcari mandaret, quam iterationem crebram querele. Cum animaduerterē ego M.tem Regiam plus nimio comoueri, consilium cepi cum D. Castellano Biechouień de continendo Nuncio à reddendis M.tis Regie. Ciuium Sandomiriensium l̃ris, promittens illi facturam D.nem V̄ram esse sine omni negotio, q̄ Regia M.tas l̃ris suis postulauit. Quare si dignitati et existimationi sue consultum esse cupit D.o V̄ra. R.ma, plurimum illam rogo vt illos Ciues secundum voluntatem M.tis sue absolui facere et excomunicari ad conuentum vsq3 Regni futurum non permittat, ista enim ratione et M.ti Regie satisfaciet D.o V̄ra R.ma et authoritatem suam retinebit. Commendo me amori et beneuolentie D.ni V̄re R.me, et opto vt sit q3 diutissime sana salua incolumis et fœlix. Datum Cracouiæ die xij.a Maij. Anno D.ni M.o D.o XXXI

Sigismundus primus Rex Pol.
Jo. Iaski Archiepō Gnesnensi

Rme in Christo pater sincere nobis dilecte. Detulit ad nos Venerabilis Raphael Choleczki Secretarius n̄r q̄ P. V̄ra visis et acceptis literis, quibus eum P. tue ad Ecc̃iam parrochialem Vartensem presentauimus instituere illum noluerit, sed q̄ aliam quandam personam nobis incognitam, contra voluntatem n̄ram Ecc̃ie illi preficerit. Que res si ita se haberet magnopere nobis videretur molesta, cum hac ratione non Iure solum, sed authoritati etiam n̄re non parum detrahi à P.te V̄ra iudicari possit. Quare P. tuam p̄ntibus iterum hortamur, vel

ipsum Raphaelem Choteczki, seu eius legittimum procuratorem, et non alium vllum, sine aliqua longiori mora ad dictam Ecclesiam Vartensem inuestiat, vel inuestiri faciat, et deinceps Iuris patronatus nostre ita satisfacere curet, vt et honor Authoritasque nostra Regia, et offitium Paternitatis tue postulare videntur. Indignum enim foret, si que a nobis subditorum Iuribus imunitas tribuitur, a Paternitate Vestra in sacerdotiis Iurispatronatus nostri nouis inuentis contra veterem regum libertatem et predecessorum Paternitatis tue obseruantiam ledi et attenuari debeat. Factura Paternitas tua pro debito offitij sui et gratia nostra. Dat. Cracouie M° D° XXX°

Petrus Tomiczki Episcopus Vicecancellarius
Mathie Drewiczki Episcopo Cuiauiensi.

Reuerendissime in Christo pater, et domine maior honorande. Ago imortales gratias Reverendissime Paternitati Vestre, quod pro solita sua humanitate, et in me beneuolentia de euectione mea ad Episcopatum Cracouiensem humanissimis literis suis mihi gratulata est, Ego prout in minoribus existens Reverendissime Paternitatis Vestre fauorem et in me beneuolentiam magnifaciebam, et vt eam demererer, omni studio contendebam. Ita et in hoc statu, in quo me, imortalis dei clementia, atque Regie Maiestatis gratia, tum etiam Reverendissimi Domini Episcopi Cracouiensis voluntas esse voluit, enitar, vt eundem animum hoc est sincerum atque integrum erga Reverendissimam Paternitatem Vestram, eiusque omnes necessarios ac seruos conseruem, quem antea habere solitus sum, daboque pro virili mea operam, vt Ecclesie decus et dignitas augeatur et crescat, Luteranaque pestis fundatus deleatur. quam adre

vix sufficere existimo censuras nostras, nisi Regie Mtis
auctoritas ad id accedat, quod ego ad id, quamvis alioqui spon:
te propensam, adhortari et obsecrare non desinam, Rmam
vero P. Vram rogo, ut me solito suo favere et benevolentia
prosequi dignetur. Hic apud nos nihil est novi, preterquam
quod Regia Mtas se ad expeditionem parat. Restes enim terre:
stre dimisse sunt, unde tametsi magna iactura et pene interi:
tus Ecclesiasticis possessionibus, imminere videtur, tamen cum
nescio qua mala fortuna, Nunctiis terrarum ea mens atque
animus fuerit, ut defensioni pub:ce alia via, quam ista generali
expeditione, intendere voluerit, ferendum erit nobis equo
animo. orandusque Deus, ut tandem oculos clementie sue in
nos dirigat, et in tranquillitate vite, atque animorum, hoc
quod super est evi transigere concedat. Ego Rmam P. V.
ad longa tempora valere cupio, eique me ex animo com:
mendo. Datum Cracovie &c 1524

Tomicius eps Crac vicecancell
Mathie Drevicio epo Cuiavien

R

Rme in Chro pater et dne frater et amice charme ac
maior colendissime. Meror Dnis Vre Rme, quem ex morte
generi sui accepit, magnopere me perturbavit: Neque solum
meror illius, sed et mors defuncti generi viri sane optimi,
et patrisfamilias integerrimi, Id tn quod a Deo fit, et a na:
turali ratione, nos ferre humanitus et equo animo oportet,
cum alioquin volentibus etiam nobis vitari nequeat. Quare
et Do. Vra Rma ne humane legi adversari videatur casum
generi sui, boni consulere, a luctuque sibi temperare velit.

De tribunatu Siradien supplicauimus cum Do Premislien Epo, Mti Regie diligenter, et extemplo post acceptas litteras, Sed tn a D. Castellano Sandomirien preuenti fuimus, Pridie enim eius diei quo lras Dnis V. Rme ego accepi, Mtas sua ad peticionem eiusdem Dni Castellani Sandomirien, et Tesaurarii Regni Tribunatum predictum alteri contulerat, sicuti de hac re et de ceteris copiosius lris suis Ds Epus Premislien D.nem vram Rmam certiorem faciet. Ego quidem offitio et opera Dnis V. Rme peticioni non defui, quamuis aliter successit quam optabamus, neque etiam in posterum sum ulla in re defuturus. Cuius me amori et beneuolentie fraterne plurimum comendo, illamque et faelicem et diutissime incolumem esse vehementer opto. Datum Crac. XIII Aprilis Anno dni Mo. Do. XXXo

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Mathie Dreuicio Epo Cuiauiensi

Rme in Chro pater et domine frater et amice honorandme Non paruo ab hinc tempore plures ad me dedit lras Do. vra Rma quibus multa mecum comunicauit, Inter cetera aut consilium meum requisiuit, An renitente Capitulo ecclie sue recipere possit in Archidiaconum Pomeranie, Dm Franciscum Cancellarium olim Dni Epi Culmen, Inquo et si ipsi impedimentum ignobilitatis obstare capitulum arguat, quominus recipi debeat, ego tn nihil hoc permouerer, Si de Lutheranismo sicut predicatur, suspectus non esset. Nam ecclie maiores priuilegium habent comune de recipiendis quatuor doctoribus ignobilibus. Quare si religionis in eo inte:

33.
65

gritas manet. Nihil ego dubitarem consulere D^{ni} V^{rae} R^{me} ut illum alioqui virum doctum et prudentem Archidiaconatui ecclie sue preficiat.

Germani aut impedimentum dubito, an illi obstare possit, cum ego audiam illum ex Skampe originem traxisse, et propterea linguam Polonam bene et expedite callere, quod si etiam in Prussia natus esset, nescio an priuilegiis aliquid sua ~~con~~ exceptione abrogaret, cum ij qui in Prussia nascuntur, subditorum Regni nomine censeantur.

Studium et cura D^{nis} V^{rae} R^{me} quam circa religionem conseruandam in Ciuitatibus maioribus Prussie habet, magnopere ego laudo, et multum opto, ut nihil a prima laudata consuetudine mutet. In Gedano quidem nihil verendum vel dubitandum est, Consules officio suo egregie fungi in conseruanda religione veteri, et prohibendis nouatoribus predicationis euangelice, Tametsi in plebe plerumque varij affectus et commotiones perspici possint.

De pecuniis legatis per meum Wloscziborski testamentum aperte docet, ut non prius tradantur puellis, eius propinquis, quam maritis suis fuerint elocate, quare D^{nem} V^{ram} R^{mam} rogo, ut ita cum parentibus et consanguineis puellarum agat, ne quid contra testatoris voluntatem cupiant ~~vel~~ ut moliantur.

Mitto D^{ni} V^{rae} R^{me} sicut postulauit lr̃as dominorum Ducum Pomeranie. Et illius me amori et beneuolentie ex corde commendo, et a domino Deo semper precor, ut sit sana sospes incolumis et felix semper.

Datum Cracouie die VI^{a} Maij. Anno Domini M^{o}. D^{o}. XXXI°.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Andree de Crzizko Epo Plocen

Rme in Chro pater et domine Nepos charissime. Podlodowski, seruitor meus mittit istuc fratrem suum natu minorem, qui est cubicularius Dnis vre Rme, vt in causa quam cum domino Felice Naropinski de parrochiali in magna Skrzin habet apud Iudicem Commissarium de iure respondeat: vel procuratorem aliquem adhibeat qui causam illius tueatur. Eum ego vna cum causa, quam istic aget, dni vre plurimum comendo, et vt consilio et auxilio, cum apud procuratores, tum et apud Iudicem, illum iuuet vehementer rogo: Namque isti duo fratres patre nuper orbati in grauatam nimis aere alieno hereditatem successerunt, et sumptum iam grandem fecerunt in persequendo Iure suo contra Dm Naropinski pertinacem et contentiosum litigatorem. faciet Rma Do rem piam et mihi magnopere gratam, quam vicissim pari offitio et beneuolentia libenter illi referre curabo. Bene valeat Do Vra Rma, et sit quam diutissime incolumis et faelix, meque veteri amori vti conuenit prosequatur. Dat Crac XVa Maij

Petrus Tomiczki eps Crac. Vicecancell
Mathie Drzeuiczki Epo Wladislauiensi.

Rme in Chro pater et dne maior honorandme
Controuersia hec que inter dominum Felicem Naropinski

et Samuelem Maczierowski de plebanatu Skrzynen verti-
tur, multum mihi ab initio adhuc displicuit, q minime conue-
nire iudicabam, alterum gentilem, alterum seruitorem D. V.rę
R.me, litibus se in vicem lacessere qui alioqui ęquitatis ali-
quo modo domi inter se transigere potuissent, Verum quádo
alterutrius litigandi cupiditas in eam rationem totum nego-
tium impulerit, vt concordia relicta, Iuridica cognitione
illud diffiniri oporteat, cesso in vtramque partem consilia da-
re, presertim cum ex partium consensu et compromisso index
arbitrarius eius cause sim receptus. Quod vero ad
prorogationem termini attinet, sicut à me postulat D.o V.ra
R.ma q̃ndo id sciebam non in mea, sed in partis vtriusque
potestate esse, perquisiui à Dno Maczierowski an ad an-
ferendum aliquid temporis consentire vellet, à quo id re-
sponsum accepi, q nollet se amplius promissis et diffugiis
extrahi, litibusque impediri permittere. Sed id tempus quod
semel est receptum et condictum seruare, vt quam cellerie
omnibus se controuersiis liberare posset. Quare D.o V.ra
R.ma boni consulere velit, q prestare ego id quod cupie-
bat non possum. Non ęquum enim puto, parte in vita quid-
piam arbitratu meo istam in re statuere. Sed temporis adhuc
satis restat ad condictam diem, intra quod D.s Naropinski
vel conualescere ipse, vel procuratorem huc mittere facile
poterit. In gratificando pro D.o Gaworski
satisfeci postulatis et voluntati D.ni V.rę R.me, cui etiam in
maioribus satisfacere me posse vehementer opto.

Noua quę in presens hic habentur D.ni V.rę R.me dominus
Maczierowski scribet. Suscepit enim eam prouinciam
sponte sua libenter, vt D.ni V.rę R.me offitia sua comendaret.
Commendo me amori et beneuolentię fraternę D.ni V.rę
R.me quam semper fœlicem et incolumem esse vehemẽter

desydero. Datum Cracouie XXV Febr. Anno domini M°. D°. XXXI°.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell. Mathie Drzeuiczki Epo Wladislauien

Rme in Christo pater et domine frater et amice charme ac honorande. Litere Dnis Vre Rme quas michi illius Gawromski reddidit, vel ob id gratissime michi extiterunt, quod me amanter in illis Do Vra Rma viset et salutat, pro qua illius beneuolentia, ingentes ego illi ago et habeo gratias, polliceorque me omni vicissim beneuolentia et gratitudine animi D. Vre Rme in offitio fraterno semper respondere.
Quod ad sententiam in diuortio neptis Dnis Vre Rme attinet, hoc Gawromski verbis illi copiose exponet, exequutioni enim mandari non potuit propter appellationem ad superiorem iudicem interpositam. Ego tamen dabo operam, quantum ex offitio meo licebit, vt suo tempore et sen: sententia ad exequutionem perducatur, et nepti Dnis Vre Rme de dote satisfiat.
Noua quae hic vulgo circumferuntur, is Ds Ioannes Dudek Ciuis Posnanien referet Vre M., palam enim hic habetur Turcum in Hungariam cum grandi exercitu applicasse, et ad xiij diem Iulii Sauum traiecisse. Regemque Ioannem futuri in Regno velle, Quod etiam ex exemplo literarum quas ad illum Imperator Turcarum scripsit Zemplinij qui locus e regione Belgradi esse dicitur, in citeriori Rippa in Sirmio, quodque ego cum presentibus Dni Vre Rme mitto, cognosci facile potest.

Ceterum quod ex fama iampridem hic auditum erat Voievodam Valachie, Valentinum Turek cum multis Transiluanis profligasse certissimis nunciis et litteris est vbique confirmatum. Ad hec nunciatum est mihi ex parte Dmi Epi Sirmiensis Petrum Perenni Voievodam Transiluanie, cum vxore et vno filio, ac multis Tesauris captum esse per Ioannem Zeretben consanguineum Serenissimi Regis sui Ioannis: et quod Illmus Ds Georgius frater eiusdem Sermi Regis Ioannis sit viuus repertus, quod si ita erit, diu celari non poterit, et si ego id cognouero verum esse D. Vram per occasionem de hoc et de aliis que erunt certiorem facere curabo. Interea me illius beneuolentie et amori fraterno plurimum comendo, optoque illam fœlicem esse et quam diutissime cum suis omnibus, sanam saluam et incolumem.
Datum Cracouie XIa Augusti

Sigismundus primus Rex Pol. / Mathie Drzewiczki Epo Cuiauien

Reuerende in Christo pater sincere nobis dilecte. Cum nobis nunciatum esset Rmum in Christo patrem D. Ioannem de Lasko Archiepum Gnesnen vita functum esse licet multi multisque comendationibus nunc, et multo ante tempore, vt est notum P. Ve. Archiepatum ipsum conati sunt apud nos obtinere nos tamen habita ratione veteris seruitii et meritorum Ve Ptis, nolentesque hanc persuasionem de nobis haberi, quod dignarum et meritarum personarum parua nobis inesset ratio. Contulimus ipsum Archiepatum Gnesnen Ve Pti tantoque id alacriore animo fecimus, quo magis

vidimus, hec nos filium et coniugem nr̃am eam dignitatē P. V̄r̄e fauere et apud nos diligenter illius nomine inter=
cedere, vt autem maior illius dignitatis ratio haberetur,
Misimus cum eo Nunctio ad illam Generosum Bernardum
Maczieiowski, Iudicem Sandomirieñ et Referendariū
nr̃m: Speramusq̃ q̄ in ea dignitate ita se erga nos et
Rempub: geret V̄r̄a P. vt hactenus consueuit recte et
laudabiliter, nostræq̃ huius beneficentiæ non erit memor
neq̃ ingrata. Quia vero habemus aliquos seruos inferi=
ores, quos consolatos etiam vellemus, Postulamus à P. V̄r̄a
vt Scholasteriam Ecclīe Lancicieñ, cuius transferende
ad alterum ex duobus Nepotibus suis facultatem, dudū
etiam apud nos obtinuit, resignet, et mandatum procura=
torium ad resignandum illam apud sedem Apostolicā
per hunc Nunctium nr̃m huc mittat, vt de illa nos libere
disponere possimus. Nam et R̄do D̄no Ioanni Carnkowski Ep̄o Premi=
slieñ, collato illi alio ep̄atu, sacerdotia omnia licet fuerint
ad vitam eius reseruata, ita, ut de illis libere et pro
arbitrio suo disponere potuerit, contentandi alios seruos
nostros causa recepimus, quod si id P. V̄r̄a facere re=
luctaretur: quod non speramus, non bene nobis de illius
gratitudine persuadere, neq̃ id absq̃ magna displicen=
tia nr̃a ferre possemus, prout hec et alia Nunctius nr̄
de mente et voluntate nr̃a sufficienter instructus fusius refe=
ret V̄r̄e P^ti. Cui plenam fidem adhibeat. Et bene valeat
V̄r̄a P. Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Administratori Ecc^e Gnesnen

VEnerabilis deuote nobis dilecte. Cognitum esse putamus deuotioni tue, q Rmus in Chro pater Ds Ioannes de Lasko Archieps Gnesnen proxime defunctus, cum in vrbe Roma apud Sanctam Sedem in concilio Luteranensi oratorem nrm egisset, impetrauit inter caetera priuilegia facultatem Epis Regni nri, vt illi eadem ratione qua communi clero, Sancta Sedes pridem admisit, anno gratie vita functi vti et gaudere possint, In quam occasionem vtendi priuilegio isto, quia ipsius dni Archiepi mors hoc tempore incidit, et equum sit eius precipuam rationem ex hoc capite haberi, qui priuilegii eius impetrandi primus post nos Author exstitit, Deuotioni tue mandatus, operam suam faciat vt hoc quod iuxte pro mediis mensibus ex anno gratie defuncto dno Archiepo debetur, ex prouentibus Archiepalibus bonorum ad manus executorum legittimorum detur, et extradatur in effectu pro officio suo & gratia nostra, deuotio tua factura. Dat. &c.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Stanislao Tomiczki Castello Calissiensi

Mage dne frater germane char.me Dolemus ex animo laborare vos adversa valitudine, et tocius corporis debilitate, quam cum putemus accidisse ex plenitudine et humoris corruptione, necessarium esse censemus ut servetis regimen vite debitum, et deinceps moderationem debitam in cibo et potu teneatis, debilitata namque est natura vra, cum per etatem tum etiam per precedentes egritudines, quo factum est ut calor naturalis non possit debito modo concoquere et digerere omnes superfluitates corporis vri. Mittimus vobis lras Commissionis Regie contra Cives Posnaien, et violatores Servitorum Vrorum. Miramur aut quod illi ausi sint excitare adversus Servitores vros, tumultum popularem, et eos verberibus afficere, et si severam actionem, prout excessus illorum meretur instituereis contra illos volueritis, graves poenas non evadent

Ceterum Prelati et Canonici Eccle Metropolitane Gnesnen statuerunt diem electionis futuri sui Archiepi feriam sextam proximam post festum Visitationis S. Marie. Ad quam vos Mtas Regia oratorem suum designavit, vultque ut Gnesnam vos conferatis ad diem predictum, et mandata Mtis sue diligenter obeatis iuxta instructionem quam vobis cum presentibus mittimus. Si vero provinciam hanc suscipere et obire propter egritudinem Vram non possetis, lras Regias Do Andree de Gorka, filio Magci Dni Castellani

Posnanien, quas etiam his annexas ad vos mittimus, q[uam] primum transmittatis, vt ille obeat munus Legationis in electione futuri D. Archiepi Gnesnen / Curate aut vt vel vos vadatis, vel ut d[omi]nus Andreas vadat, et satisfaciat mandatis Regiis. Et foelic[issi]me valete. Datum Cracoviae die XXVI[t]a Iunii Anno d[omi]ni M°. D°. XXXI°

Petrus Tomicius Ep[iscopu]s Crac. Viceecancell.
Mathie Drzenicio Ep[iscop]o Cuiavien. Archiep[iscop]o Gnesnensi designato.

R[everendissi]me in Chr[ist]o pater et domine maior honorande.

Iam ex prioribus meis litteris intellexit P[ate]rnitas V[est]ra R[everendissi]ma, q[uod] M[aies]tas Regia illam ante omnes in Archiepum Gnesnen designare voluerit, quod quia tum adhuc secreto mihi tantum declaraverat, secretius ego quoq[ue] illi scripseram, Nunc vero re in publico auditorio Senatorum et presentibus Ser[enissi]mis Rege iuvene, et Regina declarata, apertius etiam scribere volui, M[aies]tem suam P[ate]r[ni]ti V[est]rae R[everendissi]me sum[m]o cum affectu ob veterem meritorum illius et offitiorum memoriam, istam primariam senatorii ordinis in hoc Regno dignitatem contulisse, quam ego P[ate]r[ni]ti v[est]rae R[everendissi]me non secus faveo q[uam] si ipsi mihi fuisset collata. Quantum vero ego offitii vel opere ea in re pro P[ate]r[ni]te V[est]ra R[everendissi]ma prestiterim, malo illam aliunde q[uam] ex meis cognoscere l[itte]ris. Verum undecunq[ue] id prius cognoscet, nihil dubito ex meo studio singulari, declarataq[ue] benevolentia et fraterno amore contentam illam fore, hoc solum ego a P[ate]r[ni]te V[est]ra R[everendissi]ma peto et contendo, vt me amore suo et benevolentia qua consuevit, prosequi no[n] desistat, Sum[m]eq[ue] desydero vt hac Ep[iscop]ali dignitate ad plurimos an[n]os in honore et veneratione contenta fruatur.

CEtera que dici melius q̃ scribi possunt meo nomine P^ti V^re R^me. D^s Maczieiowski Iudex Sandomirien refferet. Commendo me rursus amori et beneuolen^e fraterne P^tis V^re R^me, quam dominus Deus seruet semper falicissimam et recte saluā atq incolumem. Datum Cracouie die xij Junij Anno dm̄ M^o. D^o. XXXI°.

Petrus Tomiczki Ep̄s Crac Vicecancel
Mathie Dreuiczki Archiepo designato
Gnesnensi.

R. Me in Chr̄o pater, et domine maior honorande.

Littere quas mihi puer dm̄ Maczieiowski a D^ne V^ra R^ma hodie attulit, mirifice me delectarunt ob tantam sue erga me gratitudinis declarationem, qua etiam offitia a me prestita longe superare mihi videtur. Quod vero m̄i agit gratias D^o V^ra R^ma facit id quidem abundantia sue erga me beneuolen^e et humanitatis singularis, Verum offitia studiumq meum minime id requirebant, cum ego plus me adhuc debere his que feci D^ni V^re R^me ingenue fateri velim.

Mi D^ne R^me, Consului hic cum amicis D^nis V^re R^me qua ratione potissimum celeritati expeditionis D^ni V^re R^me consulendum foret, quibus idem quod id michi visum est, vt celer Nuncius et magnis itineribus in Vrbem Romam mittatur, qui D^ni V^re R^me breue ad capiendam possessionem q̃primum afferat. Quoniam vero ad petendum pallium sine quo functionem ordinis ac dignitatis Archiepalis et primacialis habere non pot V^ra R^ma D^o, mandatum speciale necessarium nobis videbatur; ego hunc Nun:

etium: ad illam remittendum, quem celerrime volui, per quem si recte consultum rebus et comodis suis optat D.o V.ra R.ma et mandatum ipsum super D.m Stanislaum Rzeczicza vtriusque iuris doctorem et penitenciarum minorem adiuncto illi Bartholomeo Gantkowski, vel alio quouis preter Michaele de Paczanowo sollicitatore, et lr̃as suas quas putat sibi scriptu necessarias, quam primum ad me mittat, data etiam plena D.no Doctori Rzeczicza de voluntate sua instructione. Nam ista deliberatio D.nis V.re R.me mittendi in Vrbem Nepotes et doctorem Iacobum longum, multum celeritati obstaret, qua sola vtilitati et D.nis V.re R.me, ac D.norum Eporum designatorum potissimum consuli debet.

Ceterum quia breue possessionis et pallium dari solent, sub ea conditione, vt caueatur de soluendis iuribus camere apostolice et diplomatibus ad summum infra vnum mense expediendis: Curabo ego cum amicis D.ni V.re R.me vt cautio prestetur per factores D.norum Fucarorum, quibus postea cum comoditate et sine molestia difficultatum. Cum allata fuerit huc per Nuncios V.re R.me D.nis pecunia necessaria satis faciemus. Commendo me ex animo V.re R.de D.ni. Quam Chr̃us Iesus in ista sublimi catedra sedere et preesse, sanamque ac felicem quam diutissime seruare dignetur. Datum Cracouie die Sancti Ioannis Baptiste Anno dm̃ M.o D.o XXXI.o

Sigismundus primus Rex Poloniȩ
Mathiȩ Drzeuiczki Archiepo Gnesn
designato.

Rme in Christo pater syncere nobis dilecte.
Multa admiratione tenemur, q P. Vra per tam longu tempus, post acceptas lras nras nihil nobis responderit, neq hactenus secundum voluntatem et desiderium nrm fecerit de Scholastria Lancicien, quam nos collato Pti vrȩ amplo et locupleti Archiepatu, in ptate nra reseruatam volumus, et ipsam eandem Secretario nro, Venerabili Nicolao Samoiski Canonico Crac, de nobis bene merito contulimus. Quoniam vero ista tarditas et silencium tam diuturnum; Item rumores qui hic sparguntur non multum decori, nos in suspitionem adducunt, P. Vram, non tam voluntati nrȩ q comodis suis et suorum obtemperare, et Archiepatu accepto Scolastriam etiam, vt duplex commodum habeat retinere velle pro suo nepote nobis incognito, cui illam post mortem Rmi primum bone memoriȩ Dni Ioannis Archiepi Gnesnen dicitur resignasse. Nos vt existimationi nrȩ consulamus, et vt promissio nra semel de ipsa Scolastria Secretario nro facta irrita non fiat. Volumus omnino vt P. Vra, sine vlla vel mora, vel excusationis ratione, per presentem Cubicularium nrm mandatum procuratorium sufficiens nomine Nepotis sui ad resignandum ipsam Scolastriam in manibus Sumi Pontificis, aut eius Cancellariam regentis, vel administratoris Gneznen mittat, et procuratores in sceda presentibus inclusa annotatos constitui faciat, et aliter sub grani displi:

centia nrã non faciat, Si enim nr̃e voluntati in hoc se opponere pergeret, nos neq̃ l̃ras scribi, neq̃ mitti in Vrbem in illius comendationem pateremur, Bene valeat Vr̃a P. Dat Crac. die V. Julij. Anno domini M. D. XXXI. Regni nr̃i anno XX.to

Bona Regina Poloniæ
Mathie Drzewicio Archiepō designato.

Rme in Chr̃o pater et dñe synceere nobis dilecte.
Perspeximus grauiter offensum esse M.tis Regiæ coniugis nr̃i char.mi animum, q. P. Vr̃a tantisper, neq̃ rescripserit quicq̃, neq̃ id quod erat voluntatis M.tis suæ, de Scholastria Lanciciensi prestiterit, quod nobis magnopere est molestum, Nam cum nos P.tis vr̃e negotia et promouimus semper, et hactenus promouemus patrocinio nr̃o, non possumus æquo animo ferre, si culpa Vr̃e P.tis vel aliqua indecora erga M.tem suam declaratione, precludi nobis via in similibus postmodum comendationibus deberet. Quare hortamur P. Vr̃am, vt neq̃ l̃ris neq̃ verbis diutius obnitetur voluntati M.tis suæ. Sed visis presentibus l̃ris Mandatum nomine nepotis sui ad resignandam Scholastriam predictam mittat, quam M.tas sua Ven.li Nicolao Zamoski Cant.o Crac. et secretario suo contullit, ita obfirmato animo, vt nulla persuasione sit possibile M.tis suæ animum in aliam sententiam protrahere. Quin etiam animaduertimus id apud se M.tem suam statuisse, q si (quod audire nollemus) P.tas vr̃a

Mandatum procuratorium per presentem Nunctium non mitteret, neque scribi neque mitti literas in urbem in com-mendationem Ptis Vrae vellet, quod honori et existimati-oni P. Vrae apud omnes multum officeret. Speramus autem P. Vram, et honori suo, et existimationi nrae, quam sepe in comendationem suam interposuimus, ita consul-turam esse, prout et Regiae Mtis authoritas, et P. Vrae primarii Senatus dignitas et officium exposcunt. Bene valeat P. Vra. Datum Crac.

Petrus Tomic. Eps Cracc. Vicecancell
Mathie Drzevicio Archiepo Gnesnensi
designato.

Rme in Chro pater et dne maior honorande. Intellexi ex literis Dnis Vrae Rme illam beneficii capitulum reverenter accepisse, quod ut illi Deus bene vertat, vehementer opto, Est hic in aula divulgatus rumor, fortasse ex querimonia D. Epi Cuiavien. profectus, D. Vram Rmam accepta bonorum Archiepalium possessione et administratione spualium et temporalium rerum, Epatus Cuiavien. possessionem dimittere adhuc nolle, que res ut ingenue D. Vrae Rme fatear apud omnes male hic audit, et ego ita factum esse vehe-menter doleo, tametsi nesciam ita, an aliter hec res se habeat. Quare D. Vram Rmam plurimum rogo, et quoad licet fraterne hortor, ut ita cum ea re agat cum fre suo Rmo Dno Epo Cuiavien. ne et ille de illa conquerendi et homines male suspicandi

occasionem habeant. De Nepote D^{mi} V^{re} R^{me} quantum in me est iuvaturum me polliceor, ut si quando occasio eius promovendi veniat, illi in benevolentia mea nihil desyderandum relinquatur. Ceterum quod D. V^{ra} R^{ma} cum capitulo Wladislavien litem contra pauperes religiosos de Vielgi M^{lm} susceptam, deserere noluit, non usquequaque mihi placet, meo enim iuditio illis minus iuste intentatur actio, et negotium frustra facessitur, quod iam ante arbitri per utramque partem electi eadem ratione declararunt, utrumque tamen est, tuebitur illos in posterum, deus ac ius et equitas qua nituntur, et que omnibus clara et aperta est. Comendo me benevolen^{tie} D^{mi} V^{re} R^{me}, quam et faelicissimam, et quam diutissime, recte, sanam et incolumem esse, vehementer opto. Dat etc.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Mathie Drzewiczki Epo Cuiavien. Archiepo
Gnesnensi designato

R^{me} in Christo pater, et domine maior honoran^{me}
Magnopere doleo in eum statum, adductum esse negotium de Scolastria Lancicien, ut iam ea scribere et ego V^{re} R^{me} D^{mi} mandato M^{tis} Regie cogar, que pro dignitate illius nunquam scripta voluissem, utcumque tamen est sero mederi malo quam nunquam melius est. Intelligit V^{ra} R^{ma} D^{o} ex l^{ris} M^{tis} Regie, quod non sit locus amplius vel cunctandi vel obluctandi voluntati M^{tis} sue. Quare ego illam plurimum rogo, et consulo illi, ut cum obtineri res hec pro nepote suo non possit, liberalitate saltem declarata M^{tis} sue animum sibi devincere curet, ut facilius aliquid aliud

pro illo in posterum impetrare valeat. Aliter enim si fa:
:ceret V[ost]ra R[everendissi]ma D[ominati]o non bene et honori et comodis suis
consuleret, Scriberem plura si Nuncii acceleratio me
non impediret, sed per D[ominu]m Archidiaconum Wladissla:
vien[sem], ea que nunc non possunt scribi V[ost]re R[everendissi]me D[ominationi]
nunctiabo. Cuius me amori et beneuolen[ti]e fraterne
plurimum comendo, et faelicissimam illam atq[ue] incolumem
esse summo opere desydero. Datu[m] Cracouiae die VI[t]a
Iulii Anno d[omi]ni M°. D°. XXXI°

Petrus Tomiczki Ep[iscopu]s Cracc. Vicecancell
Mathie Drzeuiczki Archiep[iscop]o Gnesnensi

R[everendissi]me in Chr[ist]o pater et domine maior honoran[dissi]me
Magnopere doleo negotium de Scolastria Lanicicien[si]
ea ratione, et inchoatum et transactum esse, vt neq[ue] illa[m]
nepos D. V[ost]re R[everendissi]me obtinere, neq[ue] aliud quidq[ue] loco
eius impetrare potuerit, longe t[ame]n magis illud michi mole:
stum est, q[uod] iussu Principum ea que Archiep[iscop]is non con:
sueui scribere, sum illi scribere non pridem coactus.
An vero coactus vltra voluntatem meam nec ne nepos
D[ominatio]nis V[ost]re R[everendissi]me, et d[omi]nus Pieluch Archidiaconus, ex Re:
gie et R[everendissi]mis M[aiesta]tis sermone in Niepolomicze, vbi ego non
adfui, perspicere potuerunt, et id D. V[ost]re R[everendissi]me decla:
rabunt. De regressu patricio ad Scolastriam Lanci:
cien[sem], intellexi M[aies]tem Regiam ad congressum suum cu[m]
D[ominati]o V[ost]ra R[everendissi]ma suspendisse. quod quia cuperem vt cedat
in comod[um] D[ominatio]nis V[ost]re R[everendissi]me, et illius nepotis operam mea[m]
quoad potero interponam, vt desyderio D[ominatio]nis V[ost]re R[everendissi]me

sicut aequum est in hoc satisfaciat, Quae Oczieski retulit ab Imperatore Turcarum reuersus. D.s Archidiaconus referet D.ni V.rae R.me, nam cum illum audiebamus vna nobiscum interfuit. De tabellario in vrbem expedito, etiam ipse D.s Archidiaconus D.ni V.rae R.me omnia percensebit. Cuius amori & beneuolen.ciae ex animo comendo, et quam felicissimam et diu saluam letam ac incolumem esse vehementer desydero. Datum Cracouiae xiiij.a Iulii. Anno d.ni M.o D.o XXXI.o

Tomicius. Archiep.o Drzewicio

R.me in Chr.o pater et domine maior honorand.me

Puer iste missus est hic ad me a propinquis et agnatis suis, mihi gratis, et bene de me meritis, vt illum ad aulam et seruitium D.nis V.rae R.me addicerem, cui in hac accessione et sublimi dygnitatis gradu, munerum quoque seruientium auctiorem putant esse necessarium, quod quia ista confidentia fecerunt, quod D. V.ram meae intercessionis causa negaturam id non esse credant: D.nem V.ram R.mam rogo, vt illum in numerum suorum seruitorum recipere velit, illisque declarare id ~~verum~~ verbum esse, quod sibi de amicitia et beneuolentia D. V.rae R.me erga me persuadent, quod vicissim ego paribus offitiis D. V.rae R.me referre curabo. Cuius amori et beneuolen.ciae fraterne me ex animo comendo, et faelicissimam esse atque semper incolumem vehementer opto. Dat.

Petr. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Mathie de Drzewicza Archiepo Gnesnen

R

Rme in Christo pater et domine maior honorandissime. Religiosi S. Pauli primi heremite et prior eorum prouincialis, magnis precibus à me contenderunt, vt eos patrocinio et intercessione mea apud vram Rmam D. subleuarē, ne amplius de decima in Nieskorzow, quam eorum fratres in Vielki Mlin, possesione à multis anis retinent, negotium illis exhibere patiatur, qua illorum iusta et aequa postulatione, ego permotus D. Vram Rmam magnopere rogo, vt quando iam ad magis sublimem dignitatis gradus euecta est, ea que in minori statu contra illos iure attentauit, sopire et abolere, neque alteri Epo successori causam vel occasionem aliquam super hoc litigandi relinquere velit, In quo Rma D. V. non solum mihi rem faciet gratam sed et fratrum predictorum cetum perpetuo suo deuinciet. Commendo me amori et beneuolentie fraterne Dni Vre Rme, quam diutissime sanam et semper faelicem esse vehementer desydero. Datum Cracouie die xviija Iulii Anno dni Mo Do XXXIo

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell:
Andree de Krziczko Epo Plocensi.

R. Me in Chro pater et dne nepos char.me
Iam tandem post multam deliberationem M.tas Regia decrevit conventum Regni generalem hic Cracovie agere et lras pro convocandis Consiliariis et aliis nobilibus subditis suis scribi mandavit, de quibus ego sicut me facturum receperam D. vram R.mam facio certiorem. Oratores Ser.mi Regis Ioannis iam huc adventare dicuntur, qui post D.m Ieronimum Laski, qui eos precessit ad conventum Spirensem utcunque adhuc incertum, recta hinc premovebunt iter. Quare plurimum rogo a D. Vra. ut instructionem dandam Oratoribus Regie M.tis, de qua aliquociens illam rogavi scribere et scriptam ad me quam primum mittere velit. Ceterum et aliud ab illa peto, ut michi oraciunculam aliquam loco et personis convenientem conficiat, qua ~~convenientem~~ huc R.mum D. Archiepum, obviam illi de more cum universo clero huius urbis prodiens, excipere pro dignitate mea, et cum assensu auditorum valeam. Expedit enim in tanta religionis conturbatione, professionis nre iura et approbatas consuetudines serio et cum decoro nos exequi, Quo facies mihi D.o Vra R.ma rem gratam et publicis omnium nrm rationibus non minus utilemque necessariam. Comendo me amori et benevolentie fraterne D. Vre R.me, quam diu sanam et semper felicem esse ex corde cupio et opto. Dat. Crac. Octobris Anno domini M.o D.o XXXI.o

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Mathie Drzeuiczki Archiepo Gnesnensi

R.me in Chro pater et domine maior honoran.me
Hactenus non allata esse Vre R.me D.ni diplomata et pallium insigne authoritatis et statis Archiepalis, et miror et doleo vehementer, miror sane propter ingens temporis internallum, quod à misso in vrbem Nunctio intercessit, doleo autem propter hanc longam D.ni Vre R.me expectationem, qua et augi, et molesto desyderio se destineri sciuit. Verum vtcunque accidit contra desyderium et expectationem D.nis Vre R.me et nostram de non allato ad tempus pallio, ego committere nolo vt in meo offitio et debito aliquid D.ni Vre R.me desyderandum relinquatur. Cum enim illam merito suo obseruem, et simul cognoscam Regie M.tis beneficentia, et summi pontificis autoritate in Archiepatu collatam et confirmatam esse; Alacri animo illi cum toto meo huius vrbis Clero obuiam prodire decreui, non tam vt mee in hoc voluntati satisfaciam, quàm vt omnibus presentibus et futuris declarem me, eum, qui mihi authoritate prelatus est, honorare et venerari voluisse. Quare rogo D. Vram R.mam vt aduentum suum huc ad vrbem ita maturet et acomodet, vt et ego id quod institui prestare, et D.o Vra R.ma comode in vrbem ingredi valeat. Commendo me amori et beneuolentie D. Vre R.me quam sanam saluam et felicissimam in multos anos esse ex animo desydero. Datum Cracouie iiij.a Decembris

1531

Processus ad obuiam processionalr prodeundu excipiendumq3 Archiepm nouum Archiepm

PETRUS Thomiczki dei gratia Epus Crac. et Regni Polonie Vicecancellarius. Vniuersis et singulis Prelatis et Canonicis totoq3 Capitulo nro Catedralis, Nec non Colegiatarum et conuentualium Ecclesiarum Rectoribus, eorumq3 Vicariis perpetuis et Mannalibus, Preben. Altaristis et corum substitutis, ac aliis presbiteris beneficiatis et non beneficiatis, omniumq3 ordinum etiam mendicantium et quouis mo exemptorum Religiosis et clero ciuitatis Crac, intra et extra muros eiusdem vniuerso, Aliisq3 pntibus requiren. Salutem in dno Sempiternam, Nouerilis quia Rmus in Chro pater et dominus dominus Matias Drzewiczki, eadem gratia, Archiepus Gnesnen primas, Legatusq3 natus, Metropolitanus noster, feria tercia proxima ad hanc Ciuitatem Crac. Conuentumq3 Regni generalem faliciter ingressurus est, cui pro more veteri et officio nro hac prima vice post faelicem sublimationem suam, Reuerentiam Canonicam cu processionibus et cerimoniis exhibere, eumq3 honorifice vti decet excipere volentes, Vobis omnibus supradictis in virtute sancte obedientie sub excomunicationis et trium marcarum Synodali penis districtius precipien mandamus: Vos aut exemptos hortamur in Domino, vt vos et quilibet vrm infirmis tantumodo exceptis cum reliquiis processionibus et cerimoniis consuetis decenter et solemter instructi, eadem die vzt feria tercia proxima post horá decimam septimam imediate in Ecclia Collegiata S. Floriani in Cleparz compareatis et quilibet vrm compareat

nobiscum vna prefatum R^mum Dominum Metropolitanũ
nr̃m reuerenter et officiose excepturi, Eumq; cum pro:
cessionibus et Cermoniis atq; reliquiis Sanctorum vsq; ad
Ecctiam nr̃am Catedralem Crac. deducturi. Alioquin
vos et vr̃m quemlibet mandatis nr̃is vti permittitur nõ
parentem Snĳam excoms, et pœnam trium marcarum
Synodalem incurisse declaramus ipso facto. Volumus
aũt vt hunc processum nr̃m, vnus ad alium sibi viciniõ:
rem defferat. Vltimus vero eundem in Cancellaria
nr̃a repntet. Datum Cracouiæ Dominica prima Ad:
uentus Domini Anno Domini M° D° XXXI°

Nr̃o sub sigillo

Sygismundus primus Rex Polo^e
Mathie Drzewiczki Archiepo Gnesn

Reuerem.^me in Chro pater, sincere nobis dilecte. Scimus non incognitum esse P.^ti V^re, Q Venerabilis Ioannes Naropinski Secretarius noster pluribus anis et diligenter, predecessoribus nostris Regibus Polonie et nobis seruierit, in quo seruiendi offitio, cum nos fidem et diligentiam illius non vulgarem agnouissemus, gratia et munificencia nostra Regia illum munerare volentes, Ius patronatus et presentandi, quod prius ad Parrochialem Ecctiam in Rana et altare in Orlagora Nepoti P.^tis V^re concesseramus, illi denuo, renunchiante predicto eius Nepote, contulimus. et certis personis pro vna vice facultatem presentandi illum concessimus. Quare postulamus a P.^te V^ra vt in hac donatione n^ra ipsum Ioannem Naropinski qui in aula n^ra ~~gerat~~ degit, et sedulo curat negotia P.^tis V^re, quantum ad offitium illius pertinet, conseruet, et tueatur. Nec nepoti suo succenseat, q Iuris habiti renunciatione facta, cum voluntate n^ra consenserit. Factura in hoc P.^tas V^ra rem non minus honestam q nobis gratam. Commisimus aut ipsi Ioanni Naropinski verba quedam nomine n^ro, apud V^ram P. facere, que cum dicet, illi fidem adhibeat. et de mente nostra prodisse nihil dubitet. Et bene valeat V^ra P. Datum Cracouie die XX^a July. Anno Domini . M^o. D^o XXXij^o Regni n^ri anno XXVI^to

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Mathie Drzewizki Archiepo Gnesnensi.

MAgnopere miror q et D. Vra Rma, et reliqui Rmi Dni Episcopi obliti sint eorum, que dum hic in preterito generali conuentu ageremus, inter nos tractauimus, et vnanimi voto et consensu conclusimus, tam de indicenda prouinciali Synodo, q de loco ac tempore Piotrcouie, post festum visitacionis S. Marie virginis, omnium conuentui assignando, Hec enim ita erant ab omnibus tractata, et suscepta, vt nulla obliuione presertim tam breui tempore amitti potuerint, visum erat illud tempus comodissimum omnibus, et recte quidem visum. Nam etsi ante messem incidat, qnando annona cara esse solet, charitatem tamen istam loci qui Piotrcouiae designatus est, comoditas compensat, et aeris temperie, atq itineris faciendi bonitate posteriora reliqua tempora longo interuallo superat. Que res nobis qui imbecilli sumus valetudine non paruo vsu veniret. Nam si hoc tempore neglecto, autumnale tempus pro Synodo recipi debeat, Asperitas et inclementia illius temporis valetudinem nram offendere possit. Quare rogo plurimum D. vram Rmam vt a primo instituto nro non discedat, sed ad illud tempus in quod nuncupatis Suffragiis consensimus, vel saltem ad festum S. Jacobi Apostoli, aut ad primam diem Augusti, Rmos Dnos Epos, et reliquum clerum conuocare velit, Pro hoc enim tempore ego sicut iampridem institui Synodo interesse possem. Pro alio vero autumnali, neq possem propter negotia Mtis Regie, neq

90

vellem propter aeris illius, periculosam et valetudini mee aduersam conditionem &c. Datum Crac. XV. Iunii Anno domini M° D° XXXII

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancel
Mathie Drzeuicio Archiepo Gnesnensi

Priusque hinc discessisset Rmus Ds Ioannes Epus Cuiauien. multociens mihi questus est D. Vram Rmam difficilem se ei exhibere in restituendis fructibus, quos in Epatu Cuiauien. post tempus sue pronunciationis non legittime percepisse illam affirmat. Quem ego mea opinione solabar semper, declarans illi, me nihil dubitare D. Vram Rmam que veteri amicitia sibi coniuncta à multo tempore esset, et nihil de alieno in hoc iam statu constituta egeret, facturam in ea re esse, quod et equitati et amicitie vtriusque mutue aptissimum fore videatur. Nunc autem misit ad me seruitores suos, qui Commissionem Summi pontificis michi obtulerunt, vt controuersiam de dictis fructibus inter Dnem Vram Rmam et illum cognoscerem. Quod mandati munus licet pro meo officio ego susceperim, cognitionem tamen controuersie predicte in aliud tempus suspendi, vt interim D. Vram Rmam de hoc certiorem facerem. Quam plurimum rogo presentibus, vt michi sentenciam animi sui prescribere velit, an cum Dno Epo familiarissimo, et veteri amico suo malit iuris contentione, vel amica composicione de causa et controuersia suscepta transigere. Ego enim qui vtriusque dignitatem, et in dignitate decori rationem in prospectu habeo, consultius fore arbitrarer, vt inde lite,

et clamore componi res domi possit, presertim cum et illum sciã, et D. Vrãm Rmam, credam doctorum hominum in hoc casu sentencias et decisiones habere. Sed in quamcunqz tamen partem animum intendere, et Iudicii sui racionem acomoda: re Dni Vrẽ Rme placebit, eme et in componendo arbitrũ, et in cognoscendo Iudicem equum, et à iusticia non declinã: tem experietur. Comendo me amori et beneuolentie Dnis Vrẽ Rme quam sanam saluam et fælicissimam in multos annos esse ex animo desydero. Datum Crac VIa Iulii Anno Domini Mo. . Do. . XXXIIo.

Sigismundus primus Rex Polonie
Mathie Archiepo Gnesnen primati

Antequ discessisset. Magcus Ieronimus de Lasko Palatinus Siradien, Conuenit nos aliquoties cum Generoso Stao frẽ suo, et declarauit nobis P. Vrãm hac mente et animo esse, vt ea que Rmus Ds. Ioannes Archiepus Ptis Vrẽ prede: cessor, et patruus illorum in oppido Lasko ex prouentibus certorum Sacerdotiorum fundauit et erexit, rescindantur, et irrita fiant. Vtqz illa sint Summi pontificis, seu eius Sctis legati confirmatione roborata. Supplicans nobis, vt scriptis nris P. Vrãm ab hoc instituto reuocaremus, et simul effi: ceremus consilio vel autoritate nr̃a, ne quid preiudicii actis demortui domini Archiepi predicti afferatur. In qua re cum et nos ipsi hoc ad equitatem et officium Ptis Vrẽ pertinere iudicemus, vt acta predecessoris sui que appro: batione Sedis apostolice sunt firmata, seruet et tueatur

Illam hortamur, et vna ab illa postulamus, et cum ipso D[no] Palatino et fratribus eius ita de omnibus componat et transigat, ne deinceps occōm vel de P. V[ra] conquerendi, vel negotium ad nos referendi habeat. In quo faciet P. V[ra] rem non minus suo offitio dignam q[uam] nobis gratam. Que bene valeat. Datum Crac. vi[a] Maij Anno Dm̄ M[o]. D[o]. XXXii[o].

Sigismundus primus Rex Polo[nie]
Capitulo Ecc[lesi]e Gnesnensis

Venerabiles deuoti nobis dilecti. Declararunt nobis aliquoties Mag[nifi]cus Ieronimus de Lasko Palatinus Siradien[sis] vna cum Generoso Sta[nislao] fr[atr]e suo R[everendissi]mum D[omi]n[u]m Archiep[iscop]um in animum sibi induxisse, vt ea fundatio, quam ex certorum sacerdotiorum prouentibus eius predecessor, R[everendissi]mus D[omi]n[u]s Archiep[iscop]us proxime defunctus fecit et ordinauit distrahatur, et prorsus fiat irrita. In quare cum et sibi et defuncto patruo non mediocre preiuditium afferri dicerent, supplicarunt nobis, vt hac in re eorum racionibus, pro authoritate n[ost]ra et gr[ati]a consulamus. Quare nos peticione illorum permoti, et simul quod equm et iustum censeamus, ne mortuorum acta sine iusta et legittima causa retractentur; Hortati sumus R[everendissi]mum D[omi]n[u]m Archiep[iscop]um p[rese]ntem, vt ita cum D[omi]n[i]s de Lassko negotium hoc tractet et componat, ne et ipsi, et defunctus patruus eorum preiuditio afficerentur: Deuotiones etiam v[est]ras p[rese]ntibus hortamur, vt quantum in se est, P[atern]i sue hoc suadeant, quod et

honestatis et equitatis rationes postulare videbuntur, neque committant, ut concessiones et decreta semel roborata, nunc diversis sentenciis ut contrariis suffragiis mutentur et infringantur. Facture D. V(est)re rem suo officio et professione dignam, et preterea p(er)am equam decentem, et nobis singulare gratam. Datum Crac(ovie) die viij^a^ Aprilis Anno D(omi)ni M°. D°. XXXij° Regni nostri XXVj°

Petrus Tomiczki Ep(iscopu)s Crac(oviensis) Vicecancell(arius).
Mathie Drzewiczki Archiep(iscop)o Gnesnensi.

R(everendissi)me in Chr(ist)o pater et d(omi)ne maior honorand(issi)me.

Etsi multos esse non ignorem qui ex hac promocione P. V(est)re R(everendissi)me ad amplum et locupletem Archiep(isco)patum aliquod sibi promittentes emolumentum convenirent apud illam certatum de prefecturis et aliis officiis quibus tenuitatem suam sublevare possent. Quia t(ame)n intelligo locum in hac parte etiam habituros gentiles P. V(est)re R(everendissi)me ex illis unum Czolek hominem virtute militari clarum et industrium, plurimum illi comendo et simul rogo ut inter ceteros quorum comodis consulere volet, illius non postremam rationem habere velit, q(uo)d ille sua servitute, et militaribus officiis p(ro)mereri semper P. V(est)re R(everendissi)me curabit. Cuius ego me benevolen(tie) comendo, et felicissimam esse, atque diu recte sanam vehementer desydero. Datum Crac(ovie) die vj^a^ Novembris Anno domini M°. D°. XXXj°

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Mathie Drzeuiczki Archiepo Gnesnensi

Reverend^me in Chro pater et dne maior honorandissie. Agenti nuper michi circa Ecclesiam Collegiatam Sandomirien, Canonici illius loci declararunt mihi, et non parū sunt questi, q in eorum grauamen et preiuditium nō mediocre D^o vra R^ma lras et processus conseruatoris, dudum sibi per Sedem Apticam assignati, admittere in sua Diocesi nolit, in qua cum ipsi Maiorē partem prouentuum suorum habeant, citra magnum incomodum et rei familiaris sue dispendium facere nō possent, si pro debitis vel iniuriis suis in tam longinquo loco agere et homines conuenire deberent.
Quare plurimum rogo D. vram R^mam vt Canonicos predictos et reliquum Clerum Eccle Sandomirien libertate et Iure, quo illos antecessores D. vre R^me sine vllo negotio vti permittebant, ipsa quoq vti permittere velit, atq in sua Diocesi lras et censuras eorum conseruatoris admitti iubeat. Ita enim et Canonicorū iuri in quo se grauatos queruntur prouidebit, et Sedi Aptice, cui, eiusq iudicibus delegatis, reuerentiam et obedienciam debemus D^o vra R^ma satisfaciet. Cuius amori et beneuolen^e me comendo, et opto vt illa plena et integra valetudine fruatur, et diuturna ac felicissima vite sue tempora ad laudem dei traducat. Datum

Petrus Tomiczki Eps Crac, Vicecancell
Mathie Drzewiczki Archiepo Gnesnen

R.me in Christo pater et domine maior honoran.me
Retulit mihi Nobilis Ioannes Volski vicinus meus Quòd non multo ante tempore cum egrotaret ex officio D.nis V.re R.me ratione plebanatus in Chelmicze citatus, illo ipso plebanatu dum non compareret priuatus est, de qua priuatione tametsi ille non multum curet: quia tn̄ audit eum esse post priuationem factam ad plebanatum predictum institutum, qui se falso apud offitium D.nis V.re R.me accusauit, et quem verus et legittimus nullus patronus presentauit: Rogauit à me suo et domine Szieczigmienska, que dotis nomine inscriptam habet villa Chelmcze, vt interponerem partes meas apud D.nem V.ram R.mam, quo hunc sacerdotem, qui presentes reddet, et quem Domina Szieczigmienska presentat instituere dignetur. Quòd cum eius causa facere equum censeam D. V.ram R.mam rogo vt ad legittimas patronorum presentaciones, quas se habere dicit illum instituere mandare dignetur, illo reiecto qui per quasdam presentationes hominum Ius patronatus non habentium institui se in plebanatu obtinuit, prout ex cognitione totius cause et narratione presbiteri eius, melius cognoscet D.o V.ra R.ma. In qua rem equitate sua dignam faciet D.o V.ra R.ma quam vicissim mereri illi gratificatione mea curabo. Commendo me amori et beneuolen.cie D.nis V.re R.me, quam sanam et faelicissimam esse semper ex animo opto. Datum ex Kielce

xa Augusti . Anno Dni Mo Do XXXIIIo

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Mathie Drzeviczki Archiepo Gnesnensi

R
Rme in Chro pater et domine maior honoran.me
Tabellarius quidam ex Prussia ad me missus, litteras
Dnis Vre Rme mihi reddidit, quibus id quod ad illa
Prelati et Can.ci Ecclesie sue Gnesnen nuntiarunt
perscribit, et semper hoc consilium dari sibi a me optat
At equidem ego de consilio nihil moror, miror magis
quod et ii qui sibi suisque rebus pacem optant, alios fictis
et inanibus terriculamentis molestant, et qui contra, vani=
tate perculsos prudenti consolatione sublenare deberet,
ipsi se non necessario pavore et trepidatione frangi per=
mittunt. Neque enim hoc ad bonorum offitium pertinet,
ut prelatos et Canonicos deo et cultui ecclesie servien=
tes turbent, neque vicissim prelatorum prudentie et ma=
gnanimitati convenit vereri periculum, ubi non est pe=
riculum / pro sua enim prudentia cognoscere et agno=
scere possent, hoc tempore ex dominiis Ser.mi Dni Regis
Ferdinandi cum quo retinetur bona vicinitas, nihil eius=
modi metui oportere, quod isti suarum cupiditatum vena=
tores falso pronunctiant quos ego ut id faciant ex iis=
dem causis, quas Do Vra Rma ad me perscripsit, indu=
ctos facile perspitio, Sed ut ad consilium redeam, equi=
dem mi dne Rme nihil magis ad hanc rem oportunum
video, quam ut Do Vra Rma litteris seu nuntio, prela=
tos et Canonicos ecclesie sue consolari et animare

velit, illosq adhortari ne istiusmodi ocultis et clandestinis
minis se deijci patiantur, consultius facturi si hec silentio
transeant, et prudenti dissimulatione contemnant. Quod
quibusdam non placet D. vram Rmam Mti Regie con:
silium prebuisse, vt tartaros muneribus datis in offitio suo
retineat, parue cure esse Dni vre Rme debet, Illi enim
intelligendo non intelligunt hec que ad comune bonum
pertinent. At Do vra Rma facere mihi pro virtute
et debito suo videtur, que id suadet quod omnibus vti:
le esse debere indicat. Nam et ego ceteros Chrianos
principes eiusmodi consilio et pecuniario stipendio rationes
suas in tuto collocare aduertens, idem Sermo domino
nro, quod et Do vra Rma suasi. paruum enim incom:
modum afferre pot reipub: Regni tam modica iactura ad:
bonum speratum euentum, presertim sub honesto stipendii,
non autem tributi nomine oblata. Priuilegiu diu
a Dne vra Rma optatum, nudiusquartus Crac misi,
q illuc Skorek Notarius et seruus Ps Maczieiowski
ad D. vram Rmam perferet, quo habito Ds Brzecho:
wski, contumacem amplius se prebere Dni vre Rme
non poterit, meis iam etiam ante litris premonitus.
Comendo me amori et beneuolentie D. vre Rme quam
in vita diuturna, valetudine recta, et multa omnium re:
rum felicitate seruatam iri a deo optimo maximo opto.
Datum in Kielce die ija Septembris. Anno dni
Mo Do XXXiijo

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Mathie Drevicio Archiepo Gnesnensi.

Reverendissime in Christo pater et dne maior honorandissime

Cum hac aestate hic non procul a Charzini in oppido meo Kielcze agerem, Consules ipsius Ciuitatis Charzinen, et Honorabilis Ioannes De Volborz, eorum plebanus, aliquando simul, aliquando separatim ad me descendentes, mutuo de se mihi querebantur, simul de vtrumque a me postulantes, vt in eorum controuersia meam illis sentenciam declararem. Controuersia autem erat cuiusmodi, plebanus contendebat, vt Ciues decimam manipularem de illorum ciuilibus agris prouenientem ad illius horrea conducerent; Ciues contra hanc seruitutem nouam exeuntes, Allegabant se ad conducendam ei decimam predictam ex tribus Argumenti et verisimilitudinis capitibus non teneri; primo quod eam antea nunquam conducebant, neque eorum predecessorum: Altero quod habeant Reverendissimi Domini Sbignei Archiepi Gnesnen predecessoris Dominationis vestre Reverendissime, litteras quibus declaratur, citatos illos olim in eodem ducende decime casu a plebano in iudicium Dominationis sue Reverendissime fuisse, nihil tamen aliud tum mandatum vel decretum esse, nisi vt ciues qui precario vel mercede decimam conducere plebano vellent, a consulibus non prohiberentur. Altero autem quod cum ex eorum agris vnus Canonicus Ecclesie Kielczen, et plebanus in Skotniki partem decime ex iisdem Ciuilibus agris percipiant et hanc seruitutem conducende decime in ciuibus

non habeant, sit verissimile et equum, se ad id suo quoqꝫ
plebano non teneri. Que ego cum audissem, plebanū
admonui ne parrochianos suos Regios subditos ad
onus ad quod non tenerentur importune et violenter
adigeret, sed cum illis de comodo suo ageret, beneuo:
lenter et amice, illos enim videbam ad offitium suo pa:
stori prestandum propensos esse, dum modo id à se non
pro imperio et debito extorqueri, sed pro beneficio po:
stulari cognoscerent. At plebanus alioqui homo turbu:
lentus, et quem nos propter homicidium comissum, et
alia scelera diocesi nr̄a expulimus, obaudiens monita
nr̄a paterna, citari fecit ipsos cives in presentiā Dnis
Vr̄e Rme, et vt illos molestaret in animo obfirmauit.
Que res cum sit pessimi exempli, et occasionem pre:
beat, ad exacerbandos secularium contra ordinem
nostrum animos iam alioqui satis exacerbatos, Dnem
vr̄am Rmam rogo, vt hoc penitus inspicere, et pleba:
num suum à comonendis et molestandis ciuibus ex
quorum laboribus, opimam capit ad se pascendum
elemosinam continere velit, ne sua petulentia et teme:
ritate aliquid periculi incurrat. Cuius nos omnes de:
inde clero presidentes pudere et penitere possit. Factu:
ra in hoc Do vr̄a Rma rem suo offiō dignam, et com:
munibus ordinis nr̄i rationibus necessariam. Cuius be:
neuolentie et amori me commendo, optoqꝫ ex animo vt
illam D. deus in optata fœlicitate et inoffensa valetudine
in longum ævum servare dignetur. Datum in Kielcze
die xa Septembris. Anno domini Mo. Do. XXXiiijo

Petrus Tomiczski Eps Cracc. Vicecancell
Joanni Latalski Epo Posnaniensi

Rme in Christo pater, et domine frater et amice char.me ac honorande. Perspexi ex litteris d. vestræ. Rmæ, iniuriam illi eam videri, qđ peccunia nundinalium, quæ pro festo s. Adalberti, in nundinis Gnesnensibus fuerunt exacta, nomine fratris mei D. Castellani Gnez. defuncti: qui ante nundinas tum vita iam fuerat functus, quoniam existimet hanc ipsam peccuniam ad D. castellanum fratrem suum, qui in castellanatu meo fratri, successit pertinere debuisse. In qua quidem re, tametsi ego nil vellem contra ius et æquitatem vel ad iniuriam D. castellani fratris d. vestræ Reuerendissimæ committere, quia tamen aliter quàm sentit d. vestra Rma, ego scio hac de re et ius et patriæ consuetudinem disponere: Nollem nepotes meos iustitia ipsorum, in hac parte fraudare, etenim ius sive in eiusmodi, sive in hæreditariis successionibus fingit vivere defunctum ad omne onus, et emolumentu, interea, dum de novo herede vel successore dum definitur. Exempla autem in rem nepotum meorum etsi multa reperiri alia possunt, vel hoc unum tamen, quod est recens domini olim Swidwæ, in præsentia commemorare sufficiat, post cuius mortem, in simili casu, non frater meus, qui ei successerat in dignitate, sed hæredes domini Swiduę, nundinalia exegerunt, quare ne temere quid in hac re egisse videar, vel amicorum juditio, vel decreto Regiæ Mtis hanc rem deffiniendam relinquo. Cum enim una fauente Deo Piothrkoviæ erimus, conferemus inuicem et quod utrinque æquu

atq; iustum videbitur statuemus. Interea boni hęc consulat d. vestra R^ma. quæ facio. Teneor enim rem et facultates nepotum meorum tutari, in re præsertim qua mihi vndiq; æqua et iusta videtur. Noua quæ hic habentur superuacaneum putaui litteris scribere, cum illa commodius ex verbis d. Sebastiani opalenicz:ki custodis Ecclesiæ suæ, coram cognoscere posse d. vestram R^ma intelligerem. quare hoc quod restat me amori et beneuolentiæ fraternæ d. vestræ R^mæ commendo, illamq; fælicem et quam diutissime incolumem esse, vehementer opto. Datum.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Ioanni de Latalice Epo Posnaniensi

R^me in Christo Pater, et domine frater, et amice charissime ac honorande. Excessit e viuis paulo ante plebanus in Miedzirzecz, succollector in illo loco denarii sancti Petri. qui quoniam intestatus decessit, et certam peccuniæ quantitatem, ex eodem denario apud se retinuerat, Erit hoc offitii d. vestræ R^mæ prouidere, inter cæteras illius peccunias, et res ad eius dispositionem deuolutas. vt denarius sancti Petri. in primis detrahatur, propter euitandam, in prouentu M^tis Regiæ, et apostolicæ sedis iacturam. Quare ego, ab R^ma d. vestra rogo; vt succollectori meo Posnanien. id quod iuste debetur enumerari mandet. Ille enim testimonium faciet quanta peccunia, apud defunctum, ex hoc denario reliqua fuerat, in quo faciet d. vestra R^ma rem offitio suo dignam, et Mag^ti Regiæ gratam. Commendo me amori et beneuolentiæ fraternæ d. vestræ R^mæ. quam, vt saluam, et fælicem esse semper desidero. Datum in Wythkowo.

Sigismundus primus Rex Polonie
Joanni Latalski Epo Posnaniensi

Rnde, in Christo pater, Sincere nobis dilecte. Redditæ sunt nobis P. vestræ litteræ, quas ad nos de monasterio Lubinen. et abbate illius scripsit. qui quidem abbas, cum hic non multo ante esset, retulit nobis: ob multa sua monasteriiq negotia, necessario se fore ad apostolicam sedem iturum. Proinde, ut in absentia sua bona monasterii aliquod, non paterentur detrimentum, dixit se illis prefectum, et tutorem assignasse d. Andream Sacrzewski, ab illoq iam ratione arendæ, certam summã pecuniæ accepisse. Rogauitq a nobis, ut hanc ipsam arendam confirmaremus, quod nos non inuiti propterea fecimus, quia existimabamus bona ratione, ita ut dicebat illum fecisse. Quoniam autem P. vestra, aliter in re esse scripsit, et comperit, facta et vitam abbatis, ab offitio et professione sua aliena esse, et reliquum, quod ad hanc rem pertinet ipsa etiam curet, nam nos de vita et moribus abbatum disquirere non putamus nostra interesse sed ad offitium tantummodo P. vestræ pertinere. Quare P. vestra, pro offitio suo id in hac re agat, et statuat, quod in primis iustum, et honestum, deinde etiam monasterio utile, et commodum, ab omnibus videri possit. Datum Cracouiæ xi Augusti 1530

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Ioanni Latalski Epo Posnaniensi

Rme in Christo pater. etc. Perspexi ex litteris p. vestræ Rme. quas mihi monachi. lubinenses reddiderunt. quàm non bono ordine res illius monasterii dirigantur propter abbatis absentiam, et malam in administratione bonorum rationem. quod non secus molesto tuli animo. quàm si id in mea ipsius diœcesi foret alicubi factum. tanto autem id magis. quod et serius quàm oportuit: fratres isti huc applicuerunt, et abbas prius hinc discesserit: quam ego de arenda cognoscere potuissem. Nam si tum mihi aderat. mihi fuisset id cognitum. interposuissem procul dubio partes meas. ut id fieret, quod a Mte Regia factum est. Sed abbas cum consultoribus fortasse parum in me fidens clam me omnia peregit et discessit. vtcunque tamen res sit, mihi videtur. non tantum esse impeditum fratrum negotium, vt non possit prudentia et offitio. p. vestræ Rme explicari et constitui. Nam quod ad Mtem Rmam attinet: certo credo illam non contrauenturam pti vestræ Rmæ, in hoc quod illam, pro bono monasterii, et religionis conseruandæ facere cognouerit. tametsi de reuocatione arendæ: quam semel concessit assentiri noluerit. quare p. vestra Rma, tempestiue videat. quid consulto sit opus, ne abbas Romam veniens, negotium aliquod fratribus spe istorum tutorum facessere occipiat. Ego autem cum erit opus. opera quoque mea, negotio in quantum suadebit æquitas adero. Interim me amori, et beneuolentiæ fraternæ. d. vestræ Rmæ commendo. quam sanam, saluam, et incolumem esse opto. Datum Cracoæ xi. augusti. 1530.

Rex Sigismundus
Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell
Ioanni Latalski Epo Posnaniensi

Rde in Christo pater. Sincere nobis dilecte. Scripsit nobis p. vestra, de litteris ignominiosis, ad se nomine nostro datis, quod nescimus qua ratione, p. vestra, ad iniuriam sibi reuocet, cum littere nostre authoritatem, et voluntatis nostre testimonium praeseferant. in qua authoritate fideles nostri subditi, nihil vnquam ignominie inesse reputare debent, presertim cum quid ad querimoniam subditorum nostrorum scribimus, eorumque narrationem, et querelam declaramus, quos ab omnium iniuria tueri, non minus tenemur, quam velimus. quare p. vestra ipsa viderit si in quo per subditos nostros accusatur, culpa vacet, et deinceps scribendi ad se modum, nobis et cancellarie nostre non praescribat, et bene valeat. Datum in vigilia natalis Marie. vi^a Septembris 1531.

P. Tomiczki Vicecancell.
Ioanni Latalski Epo Posnaniensi.

Rme in Christo pater, et domine frater, et amice char^me ac honoran. Prioribus litteris d. vestre Rx^me ideo non respondi quod non putabam ad rem pertinere. vt me de ijs quae ex off^o

publico ago, purgare apud illam debeam. Nunc tamen alteris litteris d. vestrae Rx^mae prouocatus illi respondeo. Satis superque me eruditum esse quod pro cuiusque dignitate, nomine M^tis Regiae scribi conueniat. Tot enim annis digni^tem publici officii sustinens, id curaui maxime, vt in primis dignitatique M^tis Regiae deinde subditorum eius necessitati, absque offensa alicuius satisfacerem. quare optarem, vt d. vestra Rx^ma parceret isti de me accusationi in posterum, et non reputaret sibi ad iniuriam, id quod scribitur nonnunquam, in literis Regiis ad illam. prout is qui grauatus est aliqua iniuria queritur. nam iste est mos scribendi apud omnes Reges et principes qui multis populis imperant, et qui tenentur prospicere pauperibus subditis suis, ne a potentioribus opprimantur.

Mi Rx^me domine. Possem ego magis conqueri de vestra Rx^ma d., quam illa de me. quippe quae tunc cum ei priores litterae Regiae fuerunt redditae multa verba probrosa, et contumeliosa, prout michi relatum est dixit, et contra cancellariam Regiam, et contra frem meum do. Castellanum Calissien. hominem innocuum, et qui ne minimum quidem catellum vnquam offendit. verum abstinui hactenus ab ijs commemorandis, et perscribendis vestrae Rx^mae d. quoniam adduci non potui, vt crederem illam, ea quae ad me ab hominibus bonae, ac integrae fidei scripta sunt, nulla ratione, cum suae pontificalis, tum cancellariae Regiae, et fratris mei dignitatis habita tam intemperanter dixisse, melius tamen, et certius edoctus, non praetermittam de ijs suo tempore expostulare, cum vra Rx^ma d. modestius tamen et honestius, quam ipsa mecum expostulauit. Valeat et sit faelix vra Rx^ma dominatio. Datum Cracouiae die vi Septembris 1531

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Ioanni Latalski Epo Posnaniensi

Ego quemadmodum continere me ab omni offensa hominum didici, ita vicissim excusare, innocentiam meam non consueui. Sed vbi quid ab aliquo, ad iniuriam meam, vel dici, vel agi animaduerti, tutare et defendere honorem meum, non prætermisi. Ita et proximo tempore, cum michi non falso rumore, sed ex certorum hominum significatione declaratum esset, D. vram Rmam ascripsisse quædam mihi vitio, in offitio meo scribendi nomine Mtis Regiæ, et item verbis parum decentibus, fratrem meu do. Castell Calissien. eiusq bonam existimationem non leniter offendisse, continere non potui, quin cum d. vra Rma de his omnibus ita vt ad me erant delata per literas expostularem. quando autem d. vestra Rma aliter ea quam dicerentur esse scribit, missa in presens facio omnia. Sed tamen a d. vra Rma rogo, componere transigereq velit cum homino illo ciue Pisdren. negotium, ne repetendi iterum querelas suas occasionem habeat. Nam et nunc illum ad querelam concitatum, ego causa d. vestræ continui, et bonam spem ei dedi, q Rmam D. vestra habiturus nunc esset magis benignam et liberalem erga se quam antea. quæ mea promissio ne fallat eum. d. vestra Rma pro sua prudentia curare velit, et prouidere. Nam certe res pro qua agitur, non est tanti, vt propter illam tot querelæ fieri tot homines insimulari. tantæq tragediæ excitari debeant.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Capitulo Posnamien

Venerabiles domini fratres in Christo charmi/consanguinei et propinqui Rmi olim domini Ioannis Ludbranski. episcopi Posnamien, retulerunt ad nos. qd vestræ d. canonico a se præsentato ad canonicatum et prebendam istius Posnamien ecclesiæ: vacante post mortem domini olim Stanislai sthrzelcza recusent dare quotidianas distributiones. forte ex ea ratione quod idem D. episcopus defunctus. non dederit vestris d. et earum collegio. id quod vltra ea quæ prius fecit daturum se receperat. Nobis et omnibus hominibus palam est. quàm liberalis fuerit idem ipse. d. episcopus defunctus in vestras d. quàmque munifice earum prouentus auxerit, et quantum ecclesiæ isti reliquerit, et proinde adduci non possumus. vt credamus vestras d. tanquam oblitas tantæ in se et ecclesiam suam beneficentiæ, nolle admittere ad quotidianas distributiones, possesorem eius Canonicatus quem ille fundauit, dotauit et erexit. de consensu vrarum d, volentes tamen satisfacere postulationibus dictorum consanguineorum de domo, et familia Godzambarum, postulamus a vestris d. expendant in primis secum beneficentiam domini olim sui episcopi, expendant voluntatem et ordinationem, quæ alia esse non potuit, nisi vt canonicus, quem ille perpetuo in ista ecclesia habere voluit. habeat etiam vltra prouentus fundi sui quotidianas distributiones. et demum faciant et constituant de hoc canonico et fratre suo id. quo et gratitudinem suam declarent erga singularem benefactorem suum et Ecclesiæ suæ. et quæ cæteri homines ac etiam domini episcopi non retrahantur in posterum

a praestandis benefitiis Capitulis ecclesiarum suarum quod procul dubio fieret: vbi vestrae d. in tam recenti benefitio, sibi et ecclesiae suae liberaliter facto: nollent illius esse et memores et grati. Bene valeant vestrae d. et nos in suis orationibus habere velint comendatas. Datum Cracoviae.

Sigismundus primus Rex Polonie
Lucae de Gorca Castellano Posnamien
et Capitº maioris Polonie generali

Magce sincere nobis dilecte. Scripsit nobis Rxdus dominus episcopus Posnamien. proxime in publico itinere interfectum esse per vim nonnullorum nobilium. honorabilem Ioannem lukomski plebanum ecclesiae in dolsko. quae res quia ad iniuriam defuncti et aliorum pace fruentium pertinet, est nobis molesta, offendit enim nos audatia ista efrenata subditorum qui sua licentia exemplum caeteris male agendi prebent. quare Simtem tuam hortamur, simul illi mandantes: vt quantum ad offitium suum pertinet iustitiam in hoc casu interfectae ecclesiasticae personae ministrare velit. pro offitio suo et gracia nostra factura Simtas tua quae bene valeat. datu.

Sigismundus primus Rex Polonie
Joanni Latalski epo Posnamiensi.

Rme in Christo pater. sincere nobis dilecte. molesto admodu tulimus animo. Ioannem lukomski plebanum ecclesiae in

ecclesiæ in dolsko diocesis vestræ P. per vim occisorum vita spoliatum esse, et miramur satis tantam hoc tempore licentiam subditos Regni nostri assumpsisse: vt nihil non audeant perpetrare. quia vero in eiusmodi casibus a reo criminis consuetum est non prius pœnam repetere posse: quam sit iure conuictus nihil in presens ea in re statuere potuimus, sed commisimus literis nostris M^co^ luce de Gorka castellano Posnanien, et capit maioris Polonia generali: vt pro offitio suo, in eos qui de crimine conuuncti fuerint, pro merito cuiusq animaduertat. Bene valeat p. vestra. Datum Cracoviæ v. Maii 1531.

P. Tomic. Eps. Vicecancell.
Ioanni Latalski Epo Posnanien

Rme in Christo pater: et domine frater et amice charissime et honorande. Scripsi prioribus litteris, magnam me cepisse molestiam et dolorem ex casu Ioannis Lukowski interempti, cuius mors tanto mihi acerbior videtur: quanto magis id ex subornatione, vel consilio aliquarum nostri ordinis personarum processisse intelligerem. De domino Isdbienski adduci non possum, vt credam ea quæ ad aures d vestræ Rme sunt in odium illius delata. noui enim mores, et prudentiam illius qua per hoc tempus quo mecum est, in omnibus actionibus recte vsus est et cum multorum comendatione, et puto id quod ad inuidiam eius nunc est suscitatum prope diem conquieturum. Dominatio autem vra Rma, nisi exploratis singulis, et probata veritate illum in animo suo condemnare nolit. Comendo me amori, et beneuolentiæ fraternæ.

d vrae Rxmae. quam sanam, et faelicem esse semper opto. Datum Cracoviae. feria va proxima post festum s. Stanislai. die xi Maii. 1531.

Sigismundus primus Rex Polo.
Ioanni Latalski Epo Posnaniensi

Rde in Christo pater. sincere nobis dilecte. Venit huc venerabilis Ioannes Sdzarowski. Canonicus Posnanien. declaravitque nobis, v. Ptem fratrem suum hominem secularem et laicum, se, et suos consanguineos. nobiles subditos nostros, tanquam reos occisionis. honorabilis olim Ioannis Lukomski presbiteri. apud sedem apostolicam detulisse: et monitorium paenale contra illos expediuisse. Seque per eandem vestram Ptem variis, et indignis modis molestari. ac neque contra se. ex offitio suo illam procedere, neque causam in vrbe Roma. aduersum se et dominos commissam prosequi, petens a nobis: vt hac in re. apud sedem ipsam apostolicam. ad quam proficisci decreuerat. institiam suam et suorum litteris nostris comendaremus. In quo cum nos propterea illi assentiri noluimus. quod indignum indicamus. et subditos nostros ad aliena tribunalia, et in longinqua terrarum loca. quae sumptum multum exigunt euocari: et non satis honestum videri causam, quae hic terminari debito modo posset et iure deberet. in vrbem Romam transmitti: cum nostra et praelatorum Regni nostri indignitate. Ptem vestram hortamur habere volentes, vt a sollicitatione, et in vrbe Roma prosecutione causae istius omnino supersedeat: eiusque totum processum ad generalem Regni conuentum. quem proxime Piotrkoviae ~~des~~ habituri sumus secum afferat. vt illic sine multo

114

negotio . Rmus dominus Archiepiscopus Gnesnen . cum reli-
quis dominis Episcopis et prelatis Regni nostri eandem ipsam
causam . ex illius processu et attestationibus debite cognoscant
et deffiniant . quo et studio vestrae ptis in corrigendis excessi-
uis satisfiet . et subditis nostris de ipsa vestra parte conque-
rendi occasio adimetur . et aliter non faciat vra Ptas , quae be-
ne valeat . Datum Cracouiae die sanctorum Simonis et Ju-
de apostolorum . Anno M° D° XXXII°. Regni vero nostri Anno
XXVI°.

P. T. Eps. C. Vicecancell.
Ioanni Latalski Epo Posn .

Rme in christo pater , et domine frater et amice charme
ac honoran. Dominus Isdbienski , familiaris meus et ca-
nonicus ecclesiae meae , Cum accepisset nuntiu d. vestram Rma
pro illo tempore . quo illi apud se comparendi terminum prae-
fixit Posnaniae non affuturam . ambiguus quidem et perplexus
erat iturus necne illuc ad tempus praedictum et ipse foret :
sed cum tamen se aliter ea de re a d. vestra Rma non esse
admonitum aduertit . vt suo offitio et debito satisfaceret ele-
git ire potius quàm manere . de quo illius toto negotio . etsi
ego memoria teneam . quae mihi , et d. vestra Rma et dominus
Miskowski Cancellarius meus retulit , cuperem tamen vt in
his de quibus d. vestrae Rmae res est , cum Canonicis , hone-
statis et aequitatis ratio habeatur . conuenit siquidem nos
episcopos , Canonicorum fratrum nostrorum honorem ac fa-
mam , perinde ac nostram propriam amare , tueri et custodi-
re . quare rogo plurimu . vram Rma d. vt cum homicidii

causa sit admodum turpis, et in illa nemo est qui Canonicos preter solam d. v[est]ram de verbis quibusdam indiscrete prolatis culpet, quæ tamen adhuc in coniectura sunt posita, honori in hoc illorum ret dignitati suæ consulere, et parcere velit, et contra illos tantum actionem directam instituat quos hoc facinus audax perpetrasse iam habetur compertum et exploratum. Nam quocunque euentu actio contra canonicos instituta terminaretur, carere multo scandalo non possit. hoc tamen d. vestræ R[everendissi]mæ committo, vt in his ita se contra d. Isdbinski et d. Iaktorowski gerere velit, quemadmodum quiuis alius prudens Episcopus et bonus pastor contra suos canonicos in similibus se esset gesturus. Comendo me amori et beneuolentiæ fraternæ vestræ R[everendissi]mæ d. quam fælicem esse semper ac recte saluam atque incolumem ex animo opto. Datum Cracouiæ die ix Aprilis 1533.

Petrus Tomiczki Ep[iscopu]s Crac[oviensis] Vicecancell[arius]
Benedicto Isdbienski Can[oni]co Cracouien[si]
Gnesnensi Posnanien[si]

Ven[erabi]lis domine. Scire cupimus quid sit actum vobiscum et cum alijs per dominum Ep[iscopu]m Posnanien[sem] in causa criminis presbitericidii quo vos ille reos facit, et cum offeret se vobis nuntius ad nos vel Cracouiam iturus; volumus vt nos de exitu eius Tragediæ faciatis certiores. Nobis idem d. Ep[iscop]us vester non cessat esse molestus. Nam non contentus eo quod non permiserit solui nobis prouentus nostros in episcopatu suo dudum retentos, sed etiam cum nos illos iure repetimus deterrere nos a iustitia nostra, minis et maledictis suis conten-

dit. litterasque nostras: quibus factum et diuturnam toleran-
tiam nostram apud illum excusauimus perperam interpreta-
tur arguens nos quod se et eius pontificalem dignitatem multis
verbis probrosis prosciderimus nimisque arroganter, et inhone-
ste ad se scripserimus. id quod plenius ex exemplo litterarum
illius quod vobis cum presentibus mittimus cognoscetis. quod cum exemplo
litterarum nostrarum quas cum ex Cracouia dedimus con-
ferentes, iudicetis vter nostrum in scribendo fines modestiæ ex-
cesserit. Nos cum adeo inhonestus et inurbanus homo est no-
lumus amplius scribere ei quidquam. vobis tamen committi-
mus vt prouentus nostros si ille eos nobis exolui non iusse-
rit iure exigatis, non aduertentes ad verba illius ampulosa
et sesquipedalia non curantes etiam minas illius, quas nos ne
vnius quidem facimus assis. Ex Bodzanczin die viija Iulii.

Petrus Tomiczki Eps Vicecancell.
Joanni Latalski Epo Posnaniensi.

Rme in Christo pater et domine frater, et amice charme ac
honorande. Mirari D. vram Rmam, quod breue apo-
stolicum ad consequenda debita mea expediuerim ego vicissim
miror. Etenim si recte considerare omnia et sibiipsi constare
d. vestra Rma vellet, nihil prorsus quod miretur haberet.
octo enim intercesserunt anni quod ego meos prouentus in Epatu
d. vestræ Rmæ relictos frustra repetiui. quod quod tanto tempore
soluti non sint, etsi id michi graue ac molestum fuit æquo
tamen animo tuli. quam in solutione remorationem et
negligentiam si cum mea in repetendo modestia conferre

remq iuste expendere d. vestra Rx^ma curauisset, et ego dudum quod meum est consequutus fuissem. et subditi istius Episcopatus molestia soluendi veteris debiti caruissent. quod cum tanti temporis interuallo d. vra, me interpellante silentio praetermisit, imputare michi non debet, q iure tandem haec exigo quae beneuolentia consequi non potui. Iuste siquidem fit, qd iure fit, Jllud vero quod cum iactura et damno, inuito me retinetur: summam iniquitatem in se continet. Neq caret profecto iniuria, q ptas vestra Rx^ma id quibusdam ad rem nihil pertinentibus excusationibus obtegit. meumq consultissimu et honestum factum, suorum scriptorum non praemeditata vehementia redarguit. attribuens michi quod rem nouam et mali exempli in Regnum inferrem. qui iure Romano census ecclesiasticos michi debitos, et liquida debita repeterem: Non aspiciens seipsam quae plus in hoc errare videtur. quod contra professionem pontificalem iuri nostro ecclesiastico per ius seculare detractum esse cupiat.

fateor ego quidem me non probare q secularium personarum rationes, et quae nichil habent cum spiritualibus coniunctu, captionibus et litigiis Cortisanorum impeti et molestari debeant. sicut factum est Sdzarowski et aliis, contra quos ob suspitionem perpetrati presbitericidii monitorium penale impetrari d. vestra Rx^ma curauit. Ab hoc tamen multum dissentior, q prohibitum esse debeat nobis Ecclia^cis in causis nostris ad sedem apostolicam recurrere, presertim vbi iustitiam domi consequi non possumus, aut q in rebus nostris ecclesiasticis iure Regni potius quàm pontifitio vti debeamus. quod etiam d. vestram Rx^mam vbi vel eius saltem res, et comodum agitur. facere, domini laski, Sliwniczki, et Czaschinski sunt nuper experti, quorum vt Canonicorum Ecclesiae meae, cum censuris Eccliа^cis ob debitum alienum statuto tempore non solutum essent innodati, etsi me miserebat: quia tamen iure cum illis

agi aduertebam. non sum contra d. vestram, ita vt illa in me, inuectus, nec id illi vitio vertebam, q suum debitum iure eccle: siastico repetebat, nam id nemini est prohibitum. Non obieci eciam illi, quod illa obycere mihi non erubuit, inquiens. q alium me illi preberem amicum quam verbo pollicerer. quae res cum duplicium sit hominum et nichil ad me qui integri: tatem mea deo et hominibus probaui pertineat. parum me mo: uet. presertim cum a nemine alio, quam a d. vestra Rma cum graui, et atroci iniuria mea dicatur, cauens tamen ne deinceps id sibi licere putet, d. vra Rma, comittere nolui quin eius rei mentionem apud illam presentibus facerem: quam rogo: vt honestatis saltem, si humanitatis et mode: stiae non curat, rationem habere, et de soluendis potius me: is debitis, quam de improbandis iuribus pontificiis cogi: tare velit/ pudor est enim, q tam diu mea iusta debita pro quibus, vt michi exoluerentur saepius d. vram Rmam per litteras et ser^tores^ ac nuntios meos monui et rogaui, tam: diu retinentur. quibus ego carere vlterius nec volo. nec sal: ua mea dignitate possum.

Contributio cleri cum instituta sit non ad comodu Regiae Mtis. aut reip^ce^ sed domini capitanei exercitum Regni generalis, Mtas sua parum est de illa soluenda sollicita. Quare d. vestra Rma, mittat huc contributionem suae diocesis, et suam, per suum nunctium, prout Rmus d. Ar: chiepiscopus Gnesnen fecit. et valeat faeliciter vra Rma d. et curet deinceps melius colere amicitiam mecum. qua hactenus fecit. non molesteq ferat cum quis repetit id quod suum est. non vi. sed iure mediante Datum Craco^a^ feria ii^a^ Penthecostes quae fuit ij^a^ Junii. 1533.

Ioannes de Latalice Eps Posnamen
Petro de Tomice Epo Cracc. Vicecancell
Regni Polonie.

Rme in Christo pater, et domine maior honoran. Redditae sunt michi litterae vestrae Rmae. p. vii Mensis huius quas si cu sua et mea dignitate scripserit, hoc ego deo committo. nec certe sperabam, q ista a vra Rma P.te michi venire debuerant, michi inquam, qui eidem non simulata sed recta fide in omnibus placere studui. Regia Mtas. d. noster clemenmus, nedum michi, sed minimo sacerdoti aut nobili, tam inhonestas litteras et valde pomposas haud scriberet. quas ptas vestra Rma non praemeditata sua vehementia ad me scripsit, appellans in me summa esse iniquitatem, et multa alia inhonesta scripsit. fateor quidem q ego ad eam scripserim honestas tamen litteras, non ex aliqua vehementia, sed ex fideli Sinte nec propterea ita scripsi ut recusarem aut nollem debita p. vestrae Rmae per meos subditos soluere, quia me obtuli, dum venirem Posnaniam omnem operam facturu ut debita ipsa si quae sunt soluerentur, quia ego deum testor nihil scio, vbi vel per quem ipsa debita retenta sunt. et licet scribit ptas vestra Rma. q ad me nunctios, vel literas in ea re frequenter miserit, hoc nullus dicere audebit: qd mecum a sex annis aliquis verbum dixisset. nec etiam litteras ab ea habui. quia sicut ego non libenter patior iniuriam ita etiam eam nulli facere volo. obiecit michi praeterea multa ad propositum non spectantia, et dominum Laski et ali:

os qui mihi iam a tribus annis debitum meum soluere sunt obligati
contra quos non iure Romano sed nostro Polonico facio iuxta
eorum obligationem / obiecit et Sdzarowski presbitericidam
Zdzarowski hominem malum. Cui quicunque expediuerit saluum condu-
ctum a Regia Mte homini tam malo: et contra statum nostrum
spiritualem multum excedentem citto dominus deus illum
puniet. Ego quicquid facio, ex debito meo facio: nullis impen-
sis parcendo: et faciam semper alia multa. Me etiam nulla
humanitatem, honestatem, et modestiam habentem nominat,
et multo plura ad pontificalem certe dignitatem non conue-
nientia. tamen parum me ista mouent (vt verbis eius vtar)
presertim cum a nemine alio quam a vestra Rma pte cum
graui et atroci iniuria michi dicatur. Rme domine indi-
cent nos ora aliena. quia cognoscere seipsum difficile est. Ita-
que rogo et propter deum rogo ptem vestram Rmam, nolit me
amplius talem reputare apud se. quia certe vereor: ne ex
tam inhonestis verbis aliquod scandalum inter nos aliquan-
do oriatur. Pati vltra nolo istam infamiam. si etiam vi-
tam meam perdere debeam. quia non sum etiam culex in Re-
gno vt ita parui aestimari apud vestram Rmam d. deberem.
Ego ptem vestram Rmam vt episcopum Crac. honore magno
prosequor et vbique locorum non simulata fide, honesta om-
nia vt omnibus notum est de ea predico, etiam cuperem si
hoc fieri potest. vt ptas vestra Rma me etiam Epm Posna-
nien ita honoraret, et ita de me vt de se sentiret. licet non
sum doctor, tamen ita me in omnibus gero, vt nemo etiam
malus saltem iuste de me male dicere potest. Videmus
seculares omnes quid de statu nostro cogitent. si viderent
inter nos tantam discordiam. quod auertat deus aliud co-
gitarent. vestra ptas Rma est prudens et doctus prela-
tus, deberet profecto (sed parcat michi) non ita se gere-
re erga fratres suos epos. Ego p. vram Rmam, vt semid-

rem prælatum honoro, et illi certo fideliter in omnibus pla:
cere studeo. amore Iesu experiar etiam ab ea aliam de me
æstimationem. vbi enim charitas et amor ibi deus. Ego non
sum homo superbus. sed certe nolo alicuius pati imperium
præter Regiæ Mtis. Videmus enim quanta in maioribus
nostris humilitas. quanta etiam modestia est, et nos preser:
tim spirituales exemplo Saluatoris nostri. quanto maiores
sumus. tanto humiliores esse debemus. Potest quilibet suam
rem agere, vel disponere, vel debita sua repetere, sed honestis
verbis. Cæterum scripsit michi etiam p. vestra Rma, q ne:
mini ex istis debitis aliquid dimitteret. Videbit d. Isdbienski
et manum p. vestræ Rmæ, quid in claue Cziazimiensi dimissu
est. tamen quidquid in aliis locis sit retentum. et non solutu
et probabitur. omnino cogentur subditi mei soluere. quia plus
timebunt carceres quam censuras, et si michi dixisset ptas
vestra Rma Piothrkouiæ vnicum verbum vel scripsisset om:
nino sine ista Tragedia satisfactum esset voluntati vestræ
Rmæ p. Sed ego certe istorum omnium nullam habui memo
riam. quia vt scripsi a sex annis nemo me admonuit pro istis
retentis censibus. quod reliquum est rogo iterum atq iteru
p. vestram Rmam. dignetur de me aliam opinionem habe:
re. et ego illi fideliter placere volo. Nouit me in minoribus
esse non simulatum hominem. et nunc certe non vtor ea. Cui
sum, totus sum et fidelis et apertus amicus. Nec michi
pro malo habeat. q ita eidem scripsi. quia et vetula. ex
tam inhonestis verbis se moueret. libenter Pti vestræ
Rmæ, et omnibus eius. si hoc gratum erit. eidem vt non du:
bito placere volo.

Contributionem ego meam, et diocesis meæ dedi iam Cracc,
et diu eam misissem. sed sperabam pro ea. Notarium Regium
venturu. Comendo me tandem amori P. vræ Rmæ. qua
diu et fæliciter valere desidero. Ex Cziazim x Iunii. 1533

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Ioanni Latalski Epo Posnaniensi.

Rxme in Christo pater et domine frater et amice charme ac honorande. Reddita sunt michi hic binæ litteræ vestræ Rmæ d. quarum alteris quæritur de litteris diffidatoriis affixis contra canonicos ecclesiæ suæ. Alteris negotium notarii sui michi comendat. quod attinet ad litteras diffidatorias, hæc parum aut nihil permouere debent vram Rmam d./ affixæ enim sunt per illos, qui cum manifeste non possunt aut non audent contrauenire taxationi fundor. cupiunt per eiusmodi minas clandestinas deterrere canonicos vræ Reuermæ d. vt illi metu illarum desisterent, ab inceptis omnemque culpam in se deriuarent: vt dici possit eorum negligentia effectum esse, quominus satisfactum sit cum decretis generalis conuentus. Ego discessi nunc a Mte Regia propter pestem, quæ Cracouiæ viget. Mtas etiam sua contulit se in Niepolomice, admodum cum paucis seruitoribus et aulicis. et ob hoc nihil potui conferre cum illa de ea diffidatione, misi tamen ad Mtem suam litteras vræ Rmæ d./ Resignationem canotus Sandomirien. nomine Michaelis Laczanow factam non grauatim admisi. et vtcunque idem Canotus sit litigiosus, et tricis Romanis inuolutus vtcunque etiam Michael ipse sit conuictus de falso et vt falsarius tortus et punitus. et ob hoc iure omnibus sacerdotiis suis priuatus: Ego tamen contemplacon. vestræ Rmæ d. prouidi de eo ipso canotu. notario illius d. Ioanni Iakymowski. et cupio vram d. felmi valere. Datu

Petrus Tomiczki Eps Crac
Regni Polonie Vicecancellar.

Andree de Crziczko Epo Plocen

Rme in Christo pater et domine nepos charissime. Ab aliquo iam non paruo tempore auditum erat, vt puto esse d. vestre Rme cognitum, Rm d. Cardinalem Garetanum amplius non viuere. quod falso narratum fuisse ego nunc ex litteris Rmi d. Cardinalis Sctorum quatuor ad me et Mtem Regiam datis intellexi. Namq d. Sua Rma scribit tam Mti Regie quàm etiam mihi, rogans vt ipsius d. Cardinalis Gaijetani ratio aliqua haberetur in pensione super prouentibus episcopatus Plocen sibi reseruata. de qua re cum diligenter et sollicite Rmus d. carlis sanctoru quatuor scribat, significandum id in presentia d. vre Rme duxi vt super hoc quid agendum sit cogitet, et mature deliberet. Que hic aguntur d. Castell Cracouien adueniens et d. Choienski d. vre Rme exponent. Comendo me amori et beneuolentie fraterne R d. vestre. quam sanam et diu recte incolumem fœlicemq esse vehementer desidero.

Petrus Tomiczki Eps Vicecancell.
Andree Krziczki Epo Plocensi.

Rme in Christo pater et domine nepos charme. optime factum est. q domini oratores tam copiose omnia que istic hac:

tenus acta sunt communibus litteris Mti Regiæ perscri:
pserint. Namq id Mti suæ et gratum et iucundum esse cognoui.
In quibus idem etiam ego quod d. vestra Rxma scribit metuo
ne scilicet domini oratores Germani astu agant aliudq
quam corde gerant verbis polliceantur. hoc tamen facilius
tolerari posset si aliquo pacto negotium saltem concordiæ
ad optatum finem deduci valeat. Cuius rei spes omnis est
in Dei primum omnipotentis clementia, deinde in dominoru
oratorum sapienti et sedula opera. Quod ad pensionis
redemptionem attinet non esset quidem difficile etiam nunc
tam meis quam Mtis Regiæ litteris ei rei consuli et inter:
cedi. Verum quia aliquid cogitationis in se habet quo pa:
cto deceat Rxmi d. Cardinalis protectoris petitionem apud
Mtem Regiam factam depellere ad illud tempus differre
hanc deliberationem commodius puto, quando Deo volente
bene vna presentes erimus quandoquidem id iam breui est
futurum quod simul nos conuenire Piotrcouiæ oporteat.
Mors vxoris domini Castellani Posnanien et sororis meæ
charissimæ plurimum mihi dolorem, et animi perturbatio:
nem attulit, Non tam quod humano debito functam esse
grauiter ferrem quàm q in tanto mærore d. Castellanum con:
stitutum audiam. Cui ego ne in tanto luctu esset subuenire
omnibus modis cuperem. Neq tamen dubito d. vestra Rxma
cum aliis Magnificis dominis offitium hoc amicitiæ vt res
postulat præstituram esse. Ego etiam quantum absens po:
tero litteris iustum illius dolorem solabor. Comendo me
amori, et beneuolentiæ fraternæ d. vræ Rxmæ quam sa:
nam et fælicem semper esse vehementer desidero. Datum
Cracouiæ die s. lucæ Euangelistæ. Anno dni Mo Do xxxo.

Petrus Tomicius Eps Crac. Vicecancell.
Andreę Epo Plocen. nepoti suo.

Rme in Christo Pater et domine nepos charissime. Reuersus est tandem Iacobus kopecz qui in vrbem superiore anno missus erat, et attulit diploma Iubilei isti ecclesię d. vrę Rmę exustę, per summum pontificem concessi, quod ego d. vrę cum presentibus mitto. Is etiam attulit litteras ad Regiam Mtem summi ponti: et Rmi d. Cardinalis Gayetani de pensione per adrianum Pont: ipsi Cardinali super prouentibus epatus Plocen. reseruata, sicut ex literarum exemplis quę mitto d. vestra Rma perspiciet. Cum autem hoc negotium ad d. vestram Rmam inprimis spectet ipsius erit aliquo consilio prouidere, vt istę querimonię vel difficultates deinceps vel d. vrę Rmę vel Regię Mti non obtendantur. Cęterum quia necesse erit cito et summo Pontifici et domino Cardinali respondere D. vestra Rma conficiet argumento et consilio suo ad vtrumq litteras, quę in rem d. vrę Rmę, ratione dignitatis Regię Mtis habita facere videbuntur, easq ad me quamprimum mittat. Nouarum rerum in presens nihil habemus, sed cum erunt perscribam illas alio nuntio d. vrę Rmę. Cuius me amori et beneuolentię fraternę comendo, et fęlicissimam esse atq incolumem semper plurimum desidero. Datum Crac. die xi Maii. 1531.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Andree Crzizki Epo Plocensi

Rxme in Christo pater et domine nepos charissime. D. Bernardus Macieiowski iudex Sandomirien. cum audisset datam esse vrae Rxmae curiam per translationem Rxmi d. Archiepiscopi Piotrkoviae vacantem. peciit a me vt ad vestram Rxmam d. pro eo intercederem quo sibi admitteret habitationem in domuncula quadam quam illic in curia praedicta sumptibus propriis extruxit vel si idgrauaretur permitteret illud ipsum aedificiolum libere alium in locum transferri. quare d. vestram R. plurimum rogo commodare velit ipsi domino Iudici alterum eorum quae petit. vt cognoscat meam sibi comendationem apud d. vram Rxmam profuisse, et vulgarem non fuisse. Caeterum mi domine Rxme finietur cito aedifitium sacelli, quod ego hic in ecclesia mea ad laudem omnipotentis dei. et memoriam posteritatis exornaui. in quo opere, quia in certis locis ac etiam supra statuam imaginis meae, tabellae pro incidendis litteris aliquibus sunt relictae. d. vram Rxmam rogo. vt aliqua elogia conficere velit. quibus ipsae tabellae ad perpetuũ ingenii d. vrae Rxmae monimentum impleri possint. In quo rem mihi faciet gratissimam d. vra Rxma, et quam illi vicissim omni amore suo et beneuolenti offitio referre semper curabo. Comendo me amori et beneuolentiae vrae Rxmae d. et sume opto vt Deus omnipotens illam sanam, et semper

66

salmam in sua gracia conseruare dignetur. Datum Cra:
couiæ Sabbato post festum exaltationis S. Crucis.

P. Tomicius Eps Cracc. vicecancell.
Andreæ Crziczki Epo Plocensi

R/me in Christo pater et domine nepos charissime. Mitto huc
nuntium meum ad inuisendam valetudinem vræ Rmæ d.
Cui etiam ad recreandum animum (si modo talia recreant)
scriptum earum rerum, quas d. Costhka ex hungaria retu:
lit mitto. Caeterum d. vræ Rmæ in memoriam reduco illa
litterarum exempla quæ ad summum pontificem et Rmum d.
Cardinalem Sanctorum quatuor coronatorum in duorum
breuium responsionem conficere debuit, et illam plurimum
rogo, vt si illa hactenus Crac non miserit per presentem nun:
tium ad me mittat. Quia vero bonæ memoriæ Leo pontifex
decimus donauerat Mti Regiæ pro instaurandis arcibus
et munitionibus infidelibus finitimis denarium S. Petri ad
decem annos, quorum annorum vnus tantum iam superest
rogo plurim d. vram Rmam vt ad eundem pontificem et Rmum
d. Cardinalem pro noua donatione eiusdem denarii S. Petri
scribat nomine Mtis Regiæ speciales literas, quibus vel in
perpetuum, vel in longum aliquod tempus Mti suæ, et Regibus
Poloniæ pro tempore existentibus denarium predictum conce:
di et donari pro instaurandis et extruendis contra infideles
in confinibus Regni propugnaculis postulet, addita ad persua:
sionem vera declaratione, quod et prouentus iste denarii
Slesitis et kassubis labe heresis luteraniæ contaminatis

60

non parum sit imminutus, et homines ita iam hic in Regno animati, vt ad contribuendum et soluendum illum si non concedatur in hanc non tam piam, quam necessariam causa vix adduci possint. preterea addendum, vt cum ita exigua colligatur eius denarii suma. Summus pontifex illam integram Mti suæ nō vt antea partita fuerat concederet. archimistæ enim seu clerici cameræ apostolicæ partem non postrema sibi detrahebant. Sed et hoc loco cōmodissimum mihi videretur comemorare, vt Sanctitas sua sine pactis aliquibus Iubileum tam ad Vilnen. quàm ad Ploceñ eclesiam de quo vtroq iam antea scripsit Mtas sua, liberaliter concedere dignaretur. Scripsit enim ad me dominus doctor Rzecica ex hac causa arduam eius iubilei expeditionem sibi exhiberi quod partem aliquam pro se ex illo abripere vellent offitiales Romani Quod neq dignum neq honestum foret Mti Regiæ acceptare. Ista tamen ego prudentiæ d. vræ Rmæ comitto quam satis scio tenere qua quid ratione ad persuadendum scribere conueniat. ego post paucos dies vado hinc in kielcze vbi absoluta solente festi purificationis beatissimæ virginis Mariæ. Cracouia demū me conferam per Regiam Mtem vocatus. Comendo me amori et beneuolentiæ frnæ d. vræ Rmæ. quam saluam et fælicem esse vehementer desidero. Datū in Bodzanczin die xxix Januarij 1531

Petrus Tomicius Eps Crac: Vicecancell:
Andreæ Crziczki Epo Plocensi

Rxme in Christo pater, et domine nepos charissime. habeo multas gracias d. vestræ Rxmæ quod tam acurate tam apte et commode omnia in vrbem Romam scripserit. Nihil enim deest quod vel ad decorum vel ad necessitatem deside-rari debeat. Miror vehementer de dominis Strzelca et Bromirski, qui præter omnem causam tam temere se in causa Archidiaconatus erga d. vram Rxmam gerant. vtcunq tamen ita fines modestiæ excesserint, fore ego puto quod cito illos facti sui pænitebit et d. vra Rxma desiderio suo vel inui-tis ipsis pocietur. In negotio quod d. vra Rxmæ cum dno electo Camenecen intercessit omnem diligentiam et offitio-sam prestiti operam, nihil tamen post multos sermones efficere amplius potui humanitate et modestia qua d. ele-ctus vsus est exigente quam quod ipse d. electus sine vlla difficultate et mora tantos prouentus in sacerdotiis quæ d. vra Rxma necessitatibus ressignauit præstare debeat quantos se ab ini-tio prestaturum d. vræ Rxmæ promiserat. In reliquis quæ sunt conclusa, Scriptum est factum: quod cum presentibus mitto, ex quo simul et ex suo Glogowski d. vra Rxma intelliget quid apud d. gamrath in obligatione erit habitura-rum. Noua quæ hic habentur vra Rxma d. ex his exemplis litterarum quæ illi mitto cognoscet. alia quando se offerent mittere etiam post hac curabo. Verum Rxmam d. vram plu-rimum rogo, vt summo pontifici nomine Mtis Regiæ res-

pondeatur, In hanc sententiam, qd Mtas Sua in primis
agat Sti suae gracias, q se eius consilii sui de instituendo
concilio suscepti certiorem facere dignata sit, deinde quod
vehementer gaudeat Mtas sua Stem suam ad istas peri:
culosas heresum et scismatum procellas, oportuna consili:
a querere, Postremo quod non inuita Mtas sua more maio:
rum suorum, et pro offitio boni et Christiani principis ora:
tores suos ad locum habendi concilii mittet dum modo per
suam Stem tempori de ipso loco et tempore a Ste sua certi:
or fiat, et alia quae ad rem pertinere, et accomodata esse,
d. vrae videbuntur. Comendo me amori, et beneuolentiae
frnae d. vrae Rmae. quam faelicem et diu recteq incolu:
mem esse vehementer desidero. Datum.

P. Tomicius eps Cracc. Vicecancell.
Andree Crzicki Epo Plocensi.

R

Rme in Christo pater et domine nepos charme. Reddiderunt
mihi hodie glogowski et Alexius litteras d. vrae Rmae.
Ad quas tametsi pluribus sit respondendum, tempus ta:
men hoc breue quo celerem nuntium emittebat d. Sebri:
dowski multa me scribere non paciebatur, cum et nox
iam instabat, et ego comode in ciuitatem adueneram.
quare illa omnia seruo in discessum glogowski, pntibus
vero tm sententiam meam de Canonicatu post mortem Su:
fraganei d. vrae Rmae vacantem declaro, qd si id consi:
lium d. vrae Rmae, quod litteris suis perscripsit dnus d. Sebri:

dowski quas ego legi, mihi probetur. et equidem suadeo, vt d. vra Rma. hunc ipsum Canotum ex ijs rationibus quas concepit nepoti suo conferat. Cui ego in vrbe de noua pro: uisione ad cautelam prouideri curabo. Caeterum de ijs exemplis litterarum in vrbem mittendarum quae d. vra Rma conscripsit. plurimas illi ago et habeo gracias quae mihi optime in omnibus placent, et probantur. Ad caete: ra d. vrae Rmae copiosius respondebo per illius nuntium glogowski. Interea me amori et beneuolentiae illius fruae comendo. et faelicem esse semper atq diu incolumem vehe: menter opto. Datum Crac. xiiija febr. 1531.

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Andree Crziczki Epo Plocensi

R

Rme in Christo pater, et domine nepos charme. pro eo quod me viset d. vra Rma, et simul pro equo tolutario mihi do: no misso. plurimas illi ago, et habeo gracias. vtrunq enim hoc offitium testimonium mihi facit Rmae dnis vrae, non vul: garis erga me beneuolentiae et amoris fruj, quo ego mirifi: ce delector/ habet quidem ita res me post paucos dies vel: le in Italiam Rmo d. Cardinali Sanctorum quor duos equos mittere. Sed cum plures iam habeam hinc inde quesi: tos ex illis me ad comparationem deligere oportebit. qui mu: neri conuenientiores, et magis apti mangonibus videbuntur inter quos siue mittendum siue domi relinquendum cum dnis vrae Rmae equum censuerint. animum meum in gratitudine. quam pro isto munere illi debeo confirmabunt. De negotio dni Sebridowski probo consilium d. vrae Rmae, quod illud ad

cognitionem et compositionem cum capitulo suo reducere decreuit. Ita enim puto et honestius et celerius rem transigi posse, hic etiam vt video querelæ mitescere, et plane cessare inceperunt quæ ad omnem significationem alicuius ordinationis istic factæ, in reliquo procul dubio facile delebuntur.

D Broderici infaustæ diuinationes me permouent, sunt enim et horrendæ nimis, et ad euentum rerũ accomodatæ, quiquidem et ipse coniectura assequor, in tanta Chrianorum discordia non posse, nisi pessima quæq et miserabilia omnia hungaros sustinere Deus tamen potens est aliter quam a nobis prospicitur omnem rerum statum disponere. Comendo me amori et beneuolentiæ Frnæ d. vræ Rmæ. quam sana saluam et fælicem esse vehementer opto. Datũ Crac. xvj. apostolorũ. 1. 5. 3. 1.

Sigismundus primus rex Polonie
Joanni Epo vilnensi.

Rde in Christo pater. Sincere nobis dilecte. Impetrauimus nuper apud summum pontificem anni Jubilei graciam, in subsidium reparandæ Ecclesiæ Cathedralis Vilneñ exustæ. Cuius concessionis pontificiæ diplomata seu litteras simul cum plena pro presbiteris confessoribus instructione quando absentem ab ecclesia ptem. vestram sciebamus, in manus prælatorũ

et Canonicorum totiusq Capituli ecclesiæ illius mitti mandavimus. Cui Capitulo etsi omnem procurationem dicti Iubilei litteris nostris in curam comisimus, hortamur tamen p. vram vt et ipsa litteris suis illis mandet, quo et diligenter quæ sit necessaria exequantur, et pecuniam quæ in Capsis reposita erit, absq scitu et voluntate nostra, neq distrahere, neq eximere præsumant, et per quempiam alium eximi aut recipi, et attingi non permittant. factura p. vra pro sui offitii debito, et gra nostra qua bene valeat. Datum

P. Tomiczki eps Crac vicecancell.
Andreę Crziczki Cpo Plocensi

R

Rme domine, Nepos charissime. Nicolaus ille de Curow homo probatæ fidei, et admodum nostri studiosus, questus est mihi per litteras, hactenus non reddi sibi a doctore luca Archidiacono dobrzinen, et abbate Plocen supellectilem, quā, vxor eius adultera, iampridem eundem abbatem sequuta, amotam et abductam apud illum reliquit. Pecijtq a me, vt causam suam comendatione mea apud d. vram R. promouerem. Ego vero tametsi nihil dubitem d. vram Rmam non egere aliqua administrandæ iustitiæ admonitione: illius tamen hominis calamitate et querimonia permotus, et vt petitioni eius satisfiat, comendandum ita illum d. vræ Rmæ duxi, vt si quid ad celeritatem dandæ illi in rebus suis vendicationis addi potest, in hoc illi causa nostra commodetur. Nam quod attinet ad restitutionem omnino ei decernendam, certo mihi persuadeo d. vram Rmam pro æquitate negotii id sponte sua esse facturam. quæ optime valeat, et me diligat. Datum.

P. Tomicius Eps Cracc. vicecancell.
Luce abbati Plocensi.

R[everen]de pater frater in Christo charissime. Redditæ sunt nobis litteræ d. vræ, quibus quod scribit per vim et calumniam non ex fratrum voluntate motus et accusationes aduersu se excitatas esse excitatas - gratissimo accepimus animo, faueмus enim illi talem in rebus suis contigisse statum et rationem, vt de his de quibus est accusata, et Regiæ Mti, et reliquis omnibus iustificare se possit, in quo nos illi pro facultate nostra, et quantum rei æquitas et honestas suadebunt opera et patrocinio adesse libenter volumus. Neq dubitamus nostros principes rationem iustitiæ d. vræ habituros esse, cum hæc quæ sunt contra se dicta per inuidiam et inimicorum subornationem facta esse docuerit. Cæteru vim castro illatam capitaneus affirmare non potest si ita vt d. vestra scribit, intra monasterii parietes concertatio vel dimicatio ista facta probari poterit. Sed de his cum tempus erit latius agemus. Interea bene valeat sitq fælix d. vra et d. deum cum fratribus suis pro nobis oret. Datum Crac. xix. Septembris 1530
1531.

Petrus Tomiczki Eps. Vicecancell
Nicolao de Niszice Castellº Sieprcen

Generose domine, Affinis charme. Gratissimo cognouimus animo, prout scribit d. vestra d. Abbatem Plocen, in his in quibus erat accusatus, extra culpam esse, et habere modos quibus innocentiam suam Mti Regiæ declarare possit, apud quam, ita prout apud sinodum grauiter de multis extitit criminatus, quare hortabitur illum d. vestra, vt se ad iustificationem sui præparet. Nos enim opera et patrocinio vbi expediet illi adesse pro iustitia volumus. Bene valeat d. vra sitq felix et incolumis. Datum.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Andree Cricio Epo Plocen nepoti.

Rme in Christo pater, et domine, nepos charme. Priusqua huc venerat Seruitor d. vræ Rmæ Naguaski, Abbatis Plocen michi fuerunt redditæ literæ, quibus vehementer de iniuria queritur, et fortunam casusq suos deplorat, scribens sub absentia sua præter omnem opinionem et meritum suum multa esse mala de vita et actis eius, per quosdam conficta et per calumniam, ad d. vram Rmam, deinde ad sinodum, et postremo ad Mtem Regiam delata, a quibus cum ipse innocentiam suam purgaturus ad d. vram Rmam profectus esset, in medio itinere se factum certiorem de dic

scribit quae ad eligendum nouum Abbatem erat designata qua re, vt noua se territum, non potuisse ceptum iter, ad d. vram prosequi, vt Ploczkam ad tempus applicaret. vbi, cum ea ipsa die praefinita venisset, et cum quibusdam praelatis Capituli d. vrae Rmae se in arcem contulisset, occlusas monasterii portas, se reperisse, ne intromitteretur scribit. sed ipse tamen per hostium templi, monasterium ingressus scribit se cum antiquo Abbate in graciam rediisse, et de omnibus in pace transegisse. Cum quo nuntio, cum ad D. vram Rma profecturus, itineri se comisisset. scribit d.+ Capitaneum Ploczen, misisse quosdam servitores qui se subsequerentur, fortasse vt ipse existimat, ad se vel capiendum, vel interficiendum, a quibus tamen cum repertus non esset. quippe quod excurrerat equo ad d. Nyssziczki Palatinum. equis se despoliatum afirmat, quibus hucusque vti in opere Arcis scribit d. Capitaneum. Alia etiam multa, in hanc sententiam scripsit, quae et longum, et non necessarium puto recensere. Namque in omnibus iis quae scripsit, contrarium michi litterae d. vrae Rmae testificantur. vtcumque tamen res se habeat. credo ego vram Rmam d. hanc abbatum suorum contentionem, equis, ac honestis mediis iam composuisse, quae certe maleaudit apud omnes. et nobis omnibus plurimam affert infamiam.

+ Felix de Srzensk

Oratores Regis Ioannis, et Regis ferdinandi. scribunt se vtrique ad diem s. Michaelis Posnaniam aplicare non posse, sed tamen ego puto, priores isthic peruenturos esse Oratores Sermi Regis ferdinandi. Namque Regis Ioannis Oratores longo ambitu circumequitant exercitus, Regis ferdinandi, vt tuto in Poloniam veniant, venturos se tamen certo scribunt Cracouiam. ad die s. Michaelis proximum. Comendo me amori et beniuolentiae frnae d. vrae. Rmae, quam et sanam et faelicem esse semper desidero. Datum Cracouiae feria secunda proxima ante festum dmi Stanislai Pontificis. Anno d. M° D° XXX°.

26 IX Translationis

P. Tomiczki Eps Vicecancell
Andreae Cricio Epo Plocensi

Rxme in Christo pater et domine Nepos char.me. Venerant huc nomine Abbatis Plocen. et fratrum totius conuentus. religiosi duo viri quaestum apud Regiam Mtem, de multis iniuriis quibus se et Abbatem cum toto conuentu a domino Capito Plocen affectos esse dicebant, quos ego ne multum negotium exhibeant domino Capitaneo ad Regiam Mtem non admisi. Sed querelam illorum, ad Reginalem Mtem deferri curaui. Cuius Mtas fratribus id postulantibus, negotium hoc iniuriarum cognoscendum et transigendum. d. vrae Rmae committere dignata est. quare rogamus d. vram Rmam, vt religiosos istos habeat comendatos, et restitui illis frumentu vi et iniuste ablatum, damnis etiam resartitis faciat atq in posterum prouidere velit, ne tam grauibus et crebris iniuriis religiosi suae dioecesis afficiantur. Res enim esset mali exempli, vel dissimulare, vel permittere istam tyrannidem in religiosos capitm exercere, quam Rex ipse facturus non esset. Comendo me amori, et beniuolentiae frnae. d. vrae Rmae, quam sanam et faelicem esse semper opto.

Datu 1531

Sigismundus primus rex Polonie
Gedanensibus.

Famati sincere nobis dilecti. Intelleximus ex litteris vris demissum ad vos esse quoddam frumentum, in controuersia, Abbatis et Capitanei nostri Plocen positum. quam controuersiam quia nos cognoscendam, et componendam inter illos Rdo patri domino episcopo Plocen comisimus. Mandamus vobis, vt frumentum ipsum ei parti assignetis, cui illud idem d. episcopus Plocen ad iudicandum censuerit, de qua re vos ipse epus certiores per litteras suas faciet. Interea autem neutri parti, frumentum assignare prasumatis pro gracia nostra, aliter non facturi.

P. Tomicius eps Crac. vicecancell.
Luce abbati Plocensi Archidiacono
Dobrinensi.

Rde pater, frater in Chro charme. tutati sumus, quantum maxime potuimus, negotium vrum frumentarium. et vt iustitia vobis administretur Mtem Regiam et Reginalem rogauimus, quæ vt iam ante detulit. omnem istam causam iuditio Rmi domini episcopi Plocen, ita et nunc quoque perstat in proposito suo. quare agatis vos apud d. suam Rmam quod iuri et necessitati vræ expedit. data est enim omnis potestas d. suæ de frumento, id quod ius postulat decernendi, et Gedanensibus scriptum est, nomine Mtis Regiæ, vt

ad mandatum d. episcopi, ei parti frumentum liberum dimittant, cui erit per ipsum adiudicatum. Cupimus vos bene et fæliciter valere. Datum Cracoviæ xi Maii. M°. D°. XXX°. I.

Ad concordand. Monachos cum Abbate Plocensi.

Iacebat Abbas Cracovie
eger oculis medicabatur
In cuius absentia turbe in Mo
a monachis orte fuerant

Sigismundus primus rex Polonie.

Venerabilibus Ioanni Withinski officiali in spiritualibus generali. Petro Kuklinski, et Stanislao Zaleski, Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Plocen. deuotis nobis dilectis graciam Regiam.
Venerabiles deuoti nobis dilecti, intelleximus fratres monasterii sancti Adalberti, in castro nostro Plocen., in absentia sui Abbatis obedientiæ iugum excusisse, et tam in monasterio, quam extra illud, varios ac enormes excessus, et Scandala contra suam regulam, et professionem comisisse, et extra monasterium per tabernas, et alia loca illis non conuenientia, noctu, et interdiu vagari, et versari consueuisse, ac mulieres, quas eorum cætui immisceri non licet, in ipsum monasterium suum induxisse N
ac conuiuia choreas, et solatia cum eis illic agitasse. Præterea persuasione et suggestione quorundam aduersariorum ipsius Abbatis, de illo deponendo, et altero nouo qui ad eorum excessus et errata conniueret eligendo conspirationes inysse, articulosq. quosdam contra illum confecisse, ac modos et vias licentiose viuendi, bonaq. monasterii dissipandi quærere, ac alios plerosq. excessus, insolentias, et Scandala, eorum professione indigna perpetrasse. Sed et neq. etiamnum eos ab illis resipuisse, aut destitisse. Ad hæc frumentum eiusdem sui Abbatis proprium, cuius sumptu et labore, per aliquod annos collectum, in Gdanum,

demittendum arestare, et de illo pro suo ipsorum arbitrio dispo:
nere decreuisse. Hæc omnia cum in oculis vestris pub^ce isthic
fiant, melius nota vobis esse existimamus. quæ nos si ita ha:
habent, acerbo et indignati, vt par est ferimus animo. quando:
quidem vt accepimus isipse Abbas æquanimiter se et clemen:
ter. erga ipsos fratres suos semper gerere consueuerit, ac rem
familiarem commodaq, et prouentus ipsius monasterii, supra
omnes Abbates antecessores suos auxerit. Volentes igitur i:
storum fratrum suorum huiusmodi turbulentos motus, et se:
ditiones sisti, illosq et ab hac licentia ad pristinum rectum
viuendi modum reduci, et in offitio obedientiæ contineri, bo:
numq ordinem in illo monasterio, sub hac licentia ad pristi:
num rectum viuendi modum reduci, et in offitio abbatis eoru
absentia constitui cupientes. vobis quorum solertiam, dexteri:
tatem et prudentiam comendatam habemus, pro iure Abbatis
superioritatis nostræ Regiæ. qui sumus omnium monasterio:
rum Regni nostri primarius patronus, comittimus presenti:
bus et mandamus, vt mox visis hisce litteris nostris ad mo:
nasterium præfatum, cum scientia et authoritate Rdi domini
episcopi Plocen, simul descendentes, conuocatisq ad vestri præ:
sentiam fratribus, motus istos turbulentos. in ipso monasterio
suscitatos componatis et sopiatis, insolentias eorundem fra:
trum sistatis, easq iuxta commissionem et mandatum præfati
eorum Abbatis coerceatis, turbulentos et excessiuos pro merito
puniatis, et quos noueritis insanabiles et incorrigibiles a mo:
nasterio alienetis, reliquos ad obedientiam, et ad statum debi:
tum, rectis persuasionibus, et pænis si opus fuerit oportu:
nis adhibitis reducatis. omniaq in bono ac debito ordine con:
stituatis. facientes, quicquid comuni consilio vestro, pro bono or:
dine et statu illius monasterii conseruando decreueritis, et con:
stitueritis. per ipsos fratres firmiter teneri, et obseruari.
Cum autem nullus ex fratribus prædictis fortasse reperiri

posset, cui suma rerum eiusdem Monasterii comitti possit vos ipsi munus hoc regendi Monasterii, ac fratrum in eo degentium, tamdiu obeatis, donec is ipse Abbas illorum pristinæ valetudini restitutus, ad eos revertatur. Pro gracia nostra, secus non facturi. Datum Cracoviæ, dominica Reminiscere. Anno d. M° D° XXX° iii Regni nostri Anno XX vii°.

P. Tomicius eps Cracc. vicecancell.
Andreæ Cricio epo Plocensi.

Rme in Christo pater, et domine nepos charme. Retulit hic mihi dominus Lucas Abbas Plocen. q nonnulli prælati, et Canonici Ecclesiæ d. vræ Rmæ Plocen. ad illam scripserint, q prior et reliqui Monachi eius monasterii, sub hac illius absentia, in reprobum sensum versi, in offitio se suo non contineant, sed per varia vitæ scandala dissolute vivant: claustro exeuntes dies noctesq in civitate, in locis eis non convenientibus versentur, ad Monasterium fæminas inducant, et cum illis, nec timore Dei nec reverentia loci, nec hominum pudore prohibiti, convivia et choreas ducent, et alia pudenda agitent: qq instigante, et consultore Doctore Bromirski, ad depositionem Abbatis sui conspirarint, et alios etiam fratres, in præposituris eorum agentes ad id allicere tentarint, articulosq quosdam contra eum confecerint, consilia de novo Abbate sibi eligendo, qui eorum scelera, et scandala conniveret inierint, quodq quisq fratrum prædictorum, de claustro exire, et in prædiis, præpositurisq manere optent: ut illic pro libito quæ vellent patrare, et bona Monasterii diripere et consumere possent. Præterea ne nihil intentatum relinquant, frumentum quod præfatus

do. Abbas, per plures annos sumptu ac labore suo collegit, ac in Gedanum nauigio demittere vellet, arestare, ac pro arbitrio suo consumere decreuerint.

Et tametsi idem Monachi, in articulis suis, quos, contra d. Abbatem conscripserunt, culpent illum, de mala sui prouisione, de nimia in se seueritate, de spoliatis kmethonibus, de mala administratione, de obligatione, et alienatione bonorum. Tamen ego, et ex ipsius Abbatis, et aliorum relatione audio, nunquam antea meliorem ordinem, ac regimen, tam in ipso Monasterio, quam etiam, in bonis illius fuisse, atq nunc est. Ait enim se decem prædia, cum nullum antea fuisset, pro monasterio sua industria fecisse, nonnulla monasterii bona suis peccuniis exemisse: prouentus eius auxisse, omnemq peccuniam, quam ante assequutam Abbatiam, ex suis sacerdotiis collegerat, in comodum ipsius Monasterii effudisse, singulis binis septimanis, ceruisiam semper nouam fratribus coquere, cum antea nonnisi quater in anno coqueretur. fratres insuper ipsos sufficienti, et honesto amictu, victu lauto, et certis peccuniariis prouentibus, viritim, ad eorum priuatas necessitates prouidisse: et ob id cerebrosos, ciboq ac otio crassos monachos recalcitrasse, et in eiusmodi turbas præcipites ruere. Sed non mirum id videri debet, si iidem Monachi contra prælatum suum hæc moliantur, cum sint, vt audio homines, aduentitii, peregrini, turbulenti, et propter excessus et scandala ex monasteriis, in quibus antea morabantur, per eorum superiores exacti et expulsi. qui etiam nunc pro naturæ inquietudine, omnia miscere et confundere volentes ~~turbulenti, et propter excessus, et scandala, ex monasteriis, in quibus antea morabantur, per eorum superiores exacti, et expulsi~~, non aliud votis omnibus cupiunt, quam vt eiecto moderno Abbate, viro maturo et constanti sub alio dissoluto, eisq simili, liberius peccare possent

quæ res cum sit eisdem fratribus, hominibus vitæ sancti:
moniam professis, indigna pessimiq exempli, est michi pluri:
mum molesta, doleoq hoc nomine vicem ipsius domini Abbatis
cui ad ægræ valetudinis molestias accedunt hæc domestica in:
comoda.

Volens igitur rebus illius consulere, dedi ad dominos Io. de
withinie, ad. do. kuklinski, et do. zaleski Canonicos Regi:
as litteras, per quas comittitur illis, vt in hac Abbatis ab:
sentia, motus in Monasterio per fratres excitatos, sedent,
et componant: et bonum ordinem constituant, regimenq eius:
dem monasterii, ac fratrum illius, donec Abbas redeat (quod
quidem, breui futurum est) suscipiant.

Dominationem etiam vestram R^mam rogo, vt ipsa pro autho:
ritate, et offitio suo, cognito, si ita est, istos turbulentorum fra:
trum motus et factiones compescat, et coerceat, eisq vel per
litteras suas seueras, vel per aliquem prælatum suum serio
mandet: quo iidem fratres in quiete, in obedientia, in offitio
suo se contineant: a moliminibus, et conatibus contra præ:
latum suum supersedeant: neq se seditiosis doctoris Bromirski
et aliorum persuasionibus seduci permittant, sed vt Abbatem
suum ament, venerentur, et obseruent; ac illi ex professo,
pareant, et obediant, vtq Monasterium suum, locum sacrum
ac seipsos qui honestatem ac Sanctimoniam sunt professi, honeste
conseruent, et custodiant, neue eum locum, aut seipsos turpitu:
dine aliqua, a qua illos alienos esse oportet, contaminent. Sed
sub disciplina, ac preceptis Regulæ suæ, tranquille honesteq si:
cut decet dei ministros viuant.

Quod ad frumentum Abbatis attinet: quidam frater Albertus
qui ad d. vram R^mam a fratribus suis erat missus, prædi:
care dicitur d. vram R^mam, domino Abbati aduersari debe:
re: fratresq ipsos, contra d. Abbatem, cum in cæteris rebus,
tum vero in frumenti arestatione, adiuuare, et defendere velle.

Hæc ita, et ad dominum Abbatem, et ad me sunt perlata. Ci tamen rei, neq ego, neq dominus Abbas fidem adhibuimus, cum ea ipsa vel speciem veri non habeat, et d.ne vra Rxma sit indigna, vtcunq autem est, ego postulo et rogo a d. vra Rxma, vt potius d. Abbati assistat, ac eius fratres ab arestando frumento prædicto dehortetur, simul et operetur isthic, vt hoc frumentum libere, et sine quouis aresto, aut impedimento, pro voluntate ipsius d. Abbatis, ad Gedanum deuehatur, ne sicuti prius accidit. dominus ipse Abbas. damnum aliquod in ipso frumento et commodis suis ob hoc perpeciatur, rem, et suo offitio, suaq prudentia dignam, et mihi ac ipsi domino Abbati plurimu gratam faciet. vra Rxma d. quam illi ipse d. Abbas, perpetua sua seruitute promerebr. Comendo me ex amo. vræ Rxmæ d. Cupioq vt optime, ac diutissime valeat, et me diligat. Datu.

De insaniis Monachorum.

Sigismundus primus Rex Pol.

Magco fælici Srzenski Palatino et Capitaneo Plocen. Sincere nobis dilecto. In absentia eius vicecapitaneo graciam Regiam. Magce sincere nobis dilecte. Exposuit nobis venerabilis et religiosus pater. lucas Abbas Plocen, q fratres Conuentus sui, sub absentia eiusdem Abbatis ipsorum, volentes licentiosius viuere, consilia quædam, de eligendo sibi alio nouo Abbate inierint, qq inter se constituerint et decreuerint, q eidem Abbati suo ingressum in monasterium eius præfatum prohibere vellent. Ad quam rem tuam S.tem auxilium illis pollicere et prestare debere: prout hæc, cum ex nonnullorum

Prælatorum et Canonicorum Plocen., tum etiam ex eorundem fratrum litteris, hic coram nobis ostensis quas ad nonnullos ordinis ac Mon.rii sui præpositos, ad hoc factum eos sollicitan scripserunt intelleximus. quandoquidem ea de re, fidem nobis facit factum tuæ S.tis quod Prælatos et Canonicos quosdam Plocen., ad Monasterium ad componendas turbas et motus per monachos illic excitatos ingredi de mandato Abbatis volentes acriter obiurgauerit. iusque arcis violatum prætexens dura et acerba illis cominata, ac in Capitulo publice isthic de illis questa sit. Porro cum is ipse Abbas, confirmata hic iam valetudine sua, isthuc ad Monasterium, et fratres suos reuertatur, nosque velimus illi ad Monasterium suum liberum ac tutum patere ingressum: Volumus, et mandamus tuæ S.ti, ita omnino habere volentes, vt eidem Abbati, accessum ingressumque tam in arcem, quam etiam in Monasterium ipsum non prohibeat, nec vllum Monachis hanc ad rem auxilium prestet. neque illum in administrando Monasterio, fratribusque et reliquis seruis regendis, coercendis, castigandis, et in cæteris omnibus, quæ ad bonum statum præffati Monasterii, quæque ad offitium eius Abbaciale spectant exequendis, quouis modo impediat.

Sed et neque propterea, si vel ipse Abbas, vel eius comissarii Prior, aliique offitiales, et vicesgerentes, vel fratres excessiuos, et licentiosos, vel seruos malos, pro aliquo demerito castigarint, Arci isti nostræ, violentiam illatam esse putet. quandoquidem id nos illi et ab eo subdelegatis, pro iure, ac offitio Abbaciali licere semper volumus. Sic, et non aliter factura t. S.tas pro gratia nostra.

P. Tomicius Eps Cracc. Vicecancell.
Andreę Cricio Epo Plocensi.

Rdis.me in Chro pater, et domine Nepos char.me. dominus Abbas Plocen. me plane ignaro et insciente, multos hic dies est immoratus, per quod omne tempus, nihil prorsus mecum egit, nisi quod cum iam hinc esset abiturus, ad me nunciauit, scriptum sibi esse, q Monachi fratres eius, a Canonicis quibusdam d. vrę R. subornati, turbas nouas contra se excitarent, et cum administrationem bonorum, monasterii sui sibi adimere, tum scapham frumento onustam, intercipere contenderent, inhibere volentes ne Gedanum demittatur, precatusq est, vt hac de re d. vrę Rmæ scriberem, quod ego tum sicut receperam prestiti, idq tanto libentius feci, q eorum Monachorum temeritatem contra prælatum suum, iam alias indigne, et inique declaratam comprobauerim. Nunc tamen diuersum ex litteris d. vrę Rmæ aduertens, et atrox facinus, ex parte Abbatis seu eius factoris, in fres commissum audiens, magnopere sum conturbatus, q in tam insigni, et religioso loco, istiusmodi indigni tumultus, et pessimi exempli contentiones fiant, et comittantur. qua de re cum multa mecum sit dominus Carolus locutus, illi sententiam et consiliu meum verbis exposui, et comisi, vt familiariter (sicut solet) domi: vrę Rmæ et copiose perscribat. quid ego in hoc casu agendum, et qua rone, aduersum Abbatem procedendum existimem. que id ita facturum, vt a me accepit non dubito. mihi enim his sacratis diebus, diuina, et ceremonias ecclesiæ administranti, non vacat prolixum in scribendo esse.

Scripsi ante paucos dies, ad d. vrã Rmã postulans, vt ad Summum Pontificem, et Rmos dominos, viceccancellariũ, et Regni nostri protectorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Regiarũ litterarum exempla mihi conficeret, de quibus nunc etiam illi in memoriam idem reduco, et rogo, vt illa diligenter pro rei necessitate conscripta, citto ad me mittere velit. Comendo me amori, et beneuolentiæ frnæ d. vræ Rmæ, quam fælicem et in multos annos recte sanam esse ac incolumem esse ex animo opto. Datum Cracouiæ die ix aprilis 1533.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Lucæ Abbati Plocen Archidiacº Dobrzinen

Venerabilis domine, frater in Chro char.me, dolemus vos ad eas difficultates, cum fratribus vestris deuenisse, quæ absentibus vobis, sæpius contra vos suscitantur. Dolemusq eo nomine plurimum, q status et dignitas vestra Monasteriiq vestri ad hanc dehonestationem deuenerit. Audimus enim ex aliis, et Rmus. do. Episcopus Plocen aperte scribit, alterum ex duobus fratribus vestri Monasterii, aquis submersum, alterum letaliter vulneratum esse. quod factum, et apud Regiam Mtem et apud vniuersos hic homines pessime audit. Omnium enim aures hic plenæ sunt multis ea de re sermonibus. Verum cum ipse Rmus do. Epus Plocen, hanc rem ad proximum Capitulum, vbi omnes prælati et Canonici vri intererunt suspenderit. Speramus q ea res et ipsius d. episcopi, et omnium prudenti cosilio, bonum exitum est habitura.
quod autem queritis ex nobis, an missuri huc sitis præposi:

tos, et fratres vros, necne, qui vos hic iustificarent, id arbitrio vro permittimus. Sed tamen, si aliquid vobis difficultatis et negotii exibebitur: vosq innocentiam vram declarare, et crimina quae hic vt suprascripsimus et apud Mtem Regiam et apud omnes ex articulis magnis et plurimis huc transmissis nota sunt, vultis excusare, et diluere, necessarium esse putamus et huc eosdem ffratos vros mittatis. et quidquid postea vobiscum actum, nos de tota re certiores faciatis. Nos autem vobis sicut et caeteris omnibus facere consueuimus in rebus iustis et honestis non deerimus, nec vos deseremus.

Tomicius Eps
Lucae Abbati Plocen Archidiac°
Dobrzinen

Rde pater, frater in Chro char.me. Cum venissent huc fratres vestri, nosq tum in febre laborantes inuenissent, litteras nobis vestras per alium dari fecerunt, quas nos legimus, et ex eis perspeximus, quid molestiae, quidue difficultatis, a fratribus vestris sustineatis. quod vra causa magnopere dolemus. non visum est autem nobis, vt isti fratres, cum iis rebus, in conspectum Mtis Regiae prodire debuissent, quae et scandali et ignominiae non parum praeseferunt. Sed tamen litteras Regias, ad dominum Episcopum dari fecimus, et ipsi nostras scripsimus, vt do sua Rma Doctorem Bromirski, ne discordias in monasterio vro serat cohibeat, et licentiosos fratres vros, et contumaces digna animaduersione corripiat, et in posterum prouideat, ne contra vos, et contra professionem suam, quippiam intemperanter, et irreuerenter facere vel dicere praesumant. Cui rei

prouisuram esse, d. suam Rmam nihil dubitamus, vos tamen, cu amicis vestris, vobis non desitis, et nos quoq ubi oportebit, pro re iusta et honesta vobis non deerimus. Cupimus vos bene valere, et fœlicem esse. Datu Cracouiæ Sabato proximo post festum s. Stanislai in Maio. Anno d. M° D° xxx iii°.

Tomiczki Eps
Andree Cricio Epo Plocen

Rme in Christo pater, domine nepos charme. Cum venissent huc religiosi fratres monasterii s. Benedicti, ex arce Plocen, inuenerunt me febri laborantem, litteras tamen, quas a Monasterio, ad iustificandum d. Abbatem habuerunt, michi, et Regiæ Mti inscriptas reddiderunt, quos ego cum ipse non potui exaudire, domino Georgio Miskowski Archidiacono Ecclesiæ meæ Cracouien, audiendos comisi, qui ex eorum narratione retulit michi, quod isti fratres, qui insciis omnibus, ex monasterio Plocen profugerunt, turbarum, seditionum, et facinorum in monasterio absente Abbate perpetratorum authores fuerunt, quorum alterum, ex nomine Cuchtam, et ipse ego propter scelera Monasterii s. Crucis, pulsum et relegatum, iam pridem scio. Præterea retulit illos dixisse, qd d. Bromirski, et quidam alii Ecclesiæ d. v. Rmæ Canonici, ad inuidiam et odium domini Abbatis Plocen, istas turbas et discordias seminant, et subornant, quæ discordiæ, quoniam crebro male hic audiunt, et ad infamiam, atq scandalum multorum, in vulgus publicantur. d. vram Rmam rogo, vt pro suo offitio, cum Prælatis et Canonicis Ecclesiæ suæ prouidere velit, ne in tam insigni, et reli:

gioso quondam monasterio, ea fiant et admittantur, quae Regiae Mti, et omnibus probis displicent, et a religiosorum professione abhorrent. qua re et suae dignitati, et illorum fratrum quieti consulet, et rem procul dubio omnibus gratam faciet. Comedo me amori, et beneuolentiae frnae. d. vrae R. quam recte sanam, et semper faelicissimam esse, ex animo opto. Datu.

Andreas Crzyczki Eps Plocensis,
Petro Tomicio Epo Cracc. Vicecan.

Rme in Chro pater, et domine, domine colendissime. Hesterno die accepi, simul ternas litteras vrae Rmae d. inter quas hae quae relationes Monachorum Plocensium continebant tanta me admiratione, de tam impudentibus commentis affecerunt ut prorsus quid, et vrae Rmae d. et Mti Regiae respondeam nesciam. verum rogaui d. Miskowski Archidiaconum Rmae d vrae, ut vicissim ille ostenderet iam non meum, pudet enim iam de his neniis scribere, sed Capituli mei in hoc negotio testimonium, id si adhuc parum visum fuerit, aduersus tantam Abbatis fidem, mittam testimonia inquisitionis tam in Monasterio, quam in bonis factae, quae ubi Rma d vra videret, non dubito quin viscera eius commouerentur, cognitis tantis sceleribus, atque hominum depredationibus patratis, necnon contumeliis quae mihi illatae sunt, et inferuntur quotidie, suplicoque Rmae d. vrae, ut saltem unius actus Capitularis notam, quam ipse dominus Miskowski ostendet, perlegere non grauetur. Cum autem me hae molestiae Abbacianae paululum remiserint, et rescribam Erasmo Roterodamo ut vra Rma d. iubet, et epitaphia nepotis eius expendam, de

meoq addam aliquid, nam nunc prorsus animum ad hæc intendere non possum
febris tertiana Rmæ d. vræ conterruisset me vehementer, nisi succurisset prouerbium Italicum, quod ex terciana non sonat campana, vnde nihil dubitaui illam, non solum non duraturam, sed et loco medicinæ illi hoc presertim tempore futuram, quod ita successisse gaudeo plurimum, et precor dominum deum, vt vram Rmam d. seruet nobis et reip: diutissime sospitem, et incolumem. Cuius graciæ me ex corde comendo. ex Plocka die xviii Maii M D. xxxiii.

P. Tomiczki eps Cracc. vicecancell.
Luce abbati Plocen. Archidiac°
Dobrinensi.

Venerabilis domine, frater et amice in Christo charme. ea quæ nobis scripsistis de vnienda perpetuo Suffraganeatui Plocen. Abbatia vra, et nobiscum perpendimus, et cum Mte Regia ac Rli contulimus. quæ omnia vt Mtibus suis ita et nobis non videntur expedire ronibus monasterii vri, presertim his turbulentis temporibus. quare consulimus vobis, vt istis consilijs positis, munus vestrum, ad quod vocati estis, sedulo et offitiose in dno obeatis. Subditi vri, iterum huc accurerant, vt contra iura vra et Monasterii vri ius Ciuitatis sibi obtinerent, sed nobis intercedentibus, nihil obtinere potuerunt. nosq decretum illud quod pro vobis est factum libenter litteris Regiis confirmabimus. sed quia tam cito scribi non potuit confirmatio, alio tempore illam vobis mittemus. Bene valeatis et fælix sitis.

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Andree Cricio Epo Plocensi.

Rx

me in Christo pater, et domine nepos charissime. Laboraui hactenus de obtinenda domo illa Piothrkowien, pro d. vestra Rma, sed nihil hucusq effeci, impedientibus nos competitoribus, qui et præuentione petitionis factæ, et argumentis dissuasoriis, apud Mtem Regiam nos oppugnant. Inquiunt enim decere magis, vt egentiori domus instructa et ædificata detur, cum Episcopi Plocen. tantas explicent facultates esse, vt sine multo incommodo domum pro necessitate et honore tam suo, quam successorum a fundamentis erigere facile possit. adiicientes etiam, qd d. vra Rma, et arcam amplam et in domo plebanali Piotrkouiæ, ius hospitii habeat, et alia id genus multa, ad quæ ego meis rationibus, etsi modestis, iustis tamen rndens egi diligenter, cum Regia et Reli Mte, vt meæ, et d. vræ Rmæ petitionis rationem habere dignarentur, id quod illarū Mtes confido facturas. Laudo plurimum, d. vram Rmam, intellecta sententia et voluntate Regiæ et Reginalis Mtis mutasse consiliū de confundendo suffraganeatu cum Abbatia Plocen. Nam id laudabilius, honorificentiusq puto, vt alius abbatiæ dignitatem, alius Episcopi titularis honorem, et munus in diœcesi d. vræ Rmæ sustineat, si hæc enim coniungerentur, eodem negotio et Abbatiæ nomen antiquaretur, et titularis epi humilitas in excelsum amplitudinis gradus se exigeret. cum tamen vtile sit, Episcopos titulares, neq nimium abundare, vt vigilantiores fiant, neq egere, vt præstare possint muneri suo operas,

N

quod vtrumq diocesani episcopi facilius moderantur, si de suo,
~~sicut de suo~~ sicut illos decet sumptus suffraganeis suppedita:
uerint. quo etiam ipso consulitur per Epos, ne consentatores
fiant terminatores ~~fiant terminatores~~. Ego hinc ad paucos
dies secedo in rus animi recreandi causa: vnde cum rediero
et de domo, et de aliis quae erunt faciam d. vram Rmam cer:
tiorem. hodie obiit diem suum d. Raphael cholezki. Cancus
Ecclie meae. Comendo me amori, et beneuolentiae fraae vrae
Rmae d. quam dominus deus diu seruet sospitem, et faelicem
Datu Cracoviae. die xxvj Julii. Anno Mo Do xxxo I.

P. Tomicius Eps Crac. vicecancell.
Andreae Crziczki epo Plocensi.

Rme in Chro pater, et domine nepos charme. Nescio an memo:
ria exciderit d. vrae Rmae, qd ab illa per litteras rogaueram,
vt scz exemplar litterarum d. archiepi vpsalen, quas nomine
Regio, in negotio suo ad pont: Max: scribi postulat. quodq ego
illi cum meis miseram litteris. ad luculentiorem verborum. at:
q argumenti consonantiam et sensum, modo suo redigeret. longi:
us enim id quam sit verissimile velle d. vram Rmam, (si re:
cordaretur) ab illa expecto. Ego autem exulis, atq miserabi:
lis illius viri negotio moram afferre nollem. Quare iteru a
d. vra rogo, vt ad hanc rem animum adiicere, et tam d. Archi:
epo, quam mihi operam suam cum in corrigendo, tum in remit:
tendo exemplari praestare non grauetur. Quae in Italia seu in
pannonia gerantur, raro hic possumus scire, et si quae tamen

vel litteris, vel nuntiis alicunde afferuntur, saepius varia et comentitia, quàm vera esse solent. Ac id quidem quod nunc Carolus kueczer vienna de rebus Italicis, ad d. Castellanum Crac. scripsit verum esse multi putant. Scribit autem quod d. Anthonius de Leua militum Imperatoris in Italia prefectus parte presidiorum ex Castro mediolanen deducta, et coactis aliquot cohortibus in agro mediolanen voluntariorum militum, sit in liguria cum exercitu Regis Galliae, qui ad prohibendum Imperatoris aduentum Genuam versus ducebatur, faelix congressus, quodque profligatis omnibus et plerisque caesis ducem illorum dominum de sancto Paulo ceperit. Ex Pannonia etiam heri nuntius domini Sirmien. epi, a Rege Joanne qui hactenus lipe agit rediit, quid tamen attulit adhuc cum haec scripsi ignorabam, arbitror tamen d. Epum mecum omnia comunicaturum esse, quae vti erunt per Pawlowski seruitorem d. vrae Rmae perscribere illi curabo. Interea illam faelicem esse, et optime incolumem, denique mei memorem vehementer opto. Cuius frno amori me ex animo comendo. Datum Crac. xvii Julii.

P. Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Andreae Crzicski Epo Plocensi.

Rme in Christo pater, et domine nepos charme. Paulus iste, qui literas meas d. vrae Rmae reddet, seruitor erat dni Castellani Gnesnen. fratris mei recens defuncti, qui quamuis illi propter plurima merita charus erat, paulo tamen ante mortem illius fuit dimissus. Dominoque Martino Sborowski, ex certo consilio,

traditus. Namq cum administrationem præfecturæ Lisdrensis vi:
ce fratris gereret, duos ex familia domini Epi Posnanien. qui
illum violenter illic adorti, interfecit, propter quod facinus
metuens frater, ne ille in periculo esset, a præfectura illum
amouerat, et apud d. Sborowski singularem amicum suum col:
locarat. Nunc autem fratre mortuo, cum et spem offitii ere:
ptam sibi Paulus videret, et conditionem priorem mutatam,
ad me confugit supplicans, vt rationibus suis consulerem, vt:
q de domino, ac patrono aliquo sibi prospicerem. Quare ego
illius meritis adductus, et memor seruitutis offitiorumq
suorum quæ fratri sedulo præstabat, d. vræ Rmæ illum come:
do, atq illam plurimum rogo, vt eum in numerum seruitorum fa:
miliæq suæ recipere, vel si videbitur aliquorum bonorum admini:
strationi illum præficere velit. est enim ad res gerendas satis
aptus, et industrius, a fide autem et integritate semper com:
mendatus. In quo faciet mihi rem magnopere gratam d. vra
Rma, et quam ego vicissim illi omni beneuolentia et gratifi:
catione amica referre curabo.
Noua hic nulla habemus in presentia, nisi quod de Turcorum
aduentu in hungariam idem quod ante aliquot menses ceptum
est nunciatur quod deus bene vertat, non solum Hungariæ, sed
nobis etiam, et toti reip: Chrianæ. de gentibus vero Germani:
cis, nihil prorsus auditur. Cupio fælicem esse d. vram Rmam,
et diu bene valentem, ac incolumem. Quæ me diligat, et habeat
sibi comendatum. datum.

P. Tomiczki eps Crac. vicecancell.
Andree Crziczki epo Plocensi.

R~me in Christo pater, et domine nepos char~me. Retulit mihi Nicolaus Cobilniczki, servitor quondam d. vre R~mae, et qui nunc est d. thesaurarii familiaris. R~mam d. vram rogante d. thesaurario, promisisse illum in Canonicum ecclesiae suae Plocen. creare, primo quoque adveniente Capituli celebrandi tempore. quare cum nunc instare videret, ipsum hoc habendi Capituli tempus. rogavit a me ut hanc causam sua in memoriam d. vrae R~mae reducerem, simulque se et petitionem suam illi comendarem, in qua re, ut ego et illi, et domino thesaurario satisfaciam d. vram R~mam plurimum rogo, ut hoc quod semel illi, et d. thesaurario est liberaliter pollicita, exequi nunc sub occasione Capituli non recuset. In quo rem virtute sua dignam et domino thesaurario atque mihi gratam praestabit. Cobilniczki autem erit propterea d. vrae R~mae servitute sua cum patre et amicis perpetue devinctus. Cupio felicissimam esse d. vram R~mam, et diu salvam, et incolumem, quae ut amet, et diligat vehementer opto. Datum.

P. Tomicius eps Crac. vicecancell.
Andree Cricio epo Plocensi.

R~me in Christo pater, et domine, nepos char~me. Scripsi alias d. vrae R~mae, in comendationem petitionis d. Nicolai Cobi-

bilenski Canonici Varsouien quam ille se ex pollicitis et pro:
misso d. vra Rma instituisse dixit, quod nunc iterum repe:
to atq ab illa rogo, vt si ita se habet, vt ille refert, promissi et
placiti sui superioris rationem habere velit. In quo rem offitio
et dignitate sua dignam d. vra Rma præstabit, et quam pro:
nominatus dominus Cobilienski illi perpetuo mereri curabit,
Cupio fœlicem esse d. vram Rmam, quæ vt sit diu sana atq
incolumis atq in mutuo amore, et beneuolentia fraterna mecu
viuat, vehementer desidero. datu Cracouiæ.

P. Tomiczki. eps Crac. vicecancell.
Andreæ Crzicki Epo Plocensi.

R. me in Christo pater, et domine nepos charme. Cum hic apd
me esset Simphoniacus seu organista d. vræ Rmæ, gracias illi
plurimas, audiente me egit, q honesta habitandi conditione
et amplo salario sit ab illa prouisus. quoniam autem vt domi:
ciliu in Ploczko firmaret, locationi, quam de operis suis in æ:
de dñæ Mariæ hic fecerat renunciauit, putabat rationibus
suis multum expedire, si cum suo hoc instituto et destinatio:
ne animi, a me quoq fiat d. vræ Rmæ per litteras comenta:
tus. quare vt hæc eum opinio non fallat, plurimu illu comen:
do d. vræ Rmæ, ab illaq rogo, vt id quod semel illi pollicita est
ratum firmumq illi esse faciat. Cæteru Joannes Osnieczki,
aulicus Regius qui nunc mecum hic est, sperat se futuru vnum
inter eos, qui ad munus notariatus Plocen petendum electi i:
stic erunt et designati. quod si ita vt ille existimat sibi succes:
serit, plurimu rogo a d. vra Rma, vt illum Mti Regiæ cum

cæteris istius prouintiæ dominis comendare velit, quo Mtas sua illum notariatui vacanti præficere, et ea dapiferatus dignitate, quam nunc ille in terra Plocensi obtinet dominum Stanislaum filium d. Palatini Plocensis insignire dignaretur. Ego enim de hoc quoque per litteras nuper apud Mtem suam egi et supplicaui, et si dabitur alia adhuc scribendi de hoc occasio, petitionem meam iterabo. Cupio fœlicem esse d. vram Rmam, et in multos annos bene sanam ac incolumem. Cuius frno amori me comendo.. datum.

Petrus Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Andreæ Cricio Epo Plocensi.

R
Rme in Chro pater, et domine nepos charissime. Rumor est plebanum in Miasthkow villa Regia, vel ex senectute, vel ex imbecillitate corporis ita vacillare, vt non speretur viuere diu posse. Cuius plebanatus collationem et Iuspatronatus quoniam ego iam pridem pro domino Stanislao drewniski. Castellano. cZiechanouien a Mte Regia impetraui, quod confirmatione ordinaria eget. d. vram Rmam rogo illud confirmare velit. et cum per mortem plebani. d. Ciechanouien Castellanus Alexium nostrum, quondam d. vræ puerum simphoniacum presentauerit, illum ante omnes instituere non grauetur, suspicor enim quosuis alios, cum aliquibus contrariis iuribus aduolaturos, qui iuri nostri Alexii se opponere volent. illud tamen d. vra Rma neque admittere, neque confirmare velit. rem se dignam, et mihi plurimum gratam factura. Cuius beneuolentiæ, et amori frno me comendo, et opto illam esse saluam et felicem. dat. Cracis. die xxvj. februarii Mo Do xxxii.

Sigismundus primus Rex Polo^e
Andree Crziczki Epo Plocen.

Rde in Christo pater sincere nobis dilecte. declarauerámus iam semel p^ti vra, vt res habet circa consensum a nobis ad ecc^liam parrolem in Camieniecz ei sacerdoti pn̄tiu ostensori datum, quod nunc iterum repetimus nos scilicet. quando eas consensus litteras concedebamus fuisse oblitos, primæ concessionis ad vnam vicem conferendi, in dicto plebanatu Magnifico thesaurario Regni nostri factæ, quam si memoria tum retinuissemus, procul dubio, posteriori petitioni de consensu supradicto locum non dedissemus. qua de re scripseramus p. vræ. vt inter sacerdotes de prædicto plebanatu contendentes, ita ex æquitate rem componeret, ne Magnifico thesaurario in iure suæ primæ concessionis aliquid præiudicii afferetur. quod quoniam hactenus p. tua non fecit, et ad nos sacerdotem hunc, cum antiquus plebanus. Ecclesiam suam resignauit remisit. illam hortamur, vt plebanum antiquu ad plebanatum restituat. et si voluerit habere coadiutorem, etiam hunc sacerdotem, tantu ad illius vitam illi assignet. Magnifici autem Thesaurarii concessionem in suo robore, vt per nos facta est conseruet. factura p. tua pro offitio suo. et gracia nostra. quæ bene valeat. Datu Crac.

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Andreae Cricio Epo Plocensi

Rme in Christo pater, et domine nepos charmi. Non dubito iam esse cognitam d. vrae, omnem rationem et consilium in capiendis hic a domino Premislien Sacris Episcopalibus initiis. Namque cum et illi peregrinatio omnis sordida videatur, et dominus Cuiauien episcopus quibusda negotiis impeditus huc venire non potuisset, Stetit illi sententia Suffraganeos huc ad munus consecrationis sibi impendendum aduocandi, quae eadem occasio, cum rationibus Suffraganei mei comodissima videbatur. licere mihi non putaui, vt praetermittatur. Quare curaui (vt iam ex prioribus litteris meis, et nuntio, perspicere potuit, Rma d. vra) Suffraganeum d. vrae, huc aduocandum. Qui si forte, nondum hoc susceperit iter, faciet mihi rem gratissimam d. vra Rma, Si illi stimulum ad proficiscendi celeritatem addiderit

Dicterium nouum Carminum in onerariam nauim conscriptum, elegans, simul et acutum mihi videtur. Cuius quidem non tam me delectat artifitium, quam offitium et opera artificis est mihi grata atque iucunda. Scripsit, et hosuis meus simule quodda denuo paucorum carminum genus, vti mihi videtur non inportunum, quod Rmae d. vrae, conspiciendum ille mittit

Scripta illa d. Archiepi, nodosa et intricata, non paruum mihi negotium et molestiam attulerunt, priusqua a me poterant intelligi. Iam tamen, videor mihi, in illis scriptoris me esse assecutum sententiam, prout et Rma d. vram credo illam percepisse.

Noua hic nulla sunt, nisi quod pestilentia amplius hunc locū non infestat, vtinam et deinceps bona salubritas perseueret, Si quæ tamen erunt alia scitu digna, vt de profectione Ser^mi^ d. Joannis Regis in Hungariam, is nuntius d. vræ qui Tarnouiam excurrerat, ad verbum omnia referet. Ego cupio esse fælicem Rmam d. vram, et optime in multa tempora incolumem. Quæ me diligat, et habeat sibi comendatū. Datū.

Tomiczki Eps Vicecancell
Andreæ Cricio Epo Plocen

Rme in Cristo pater, et domine nepos char^me^. post discessum hinc Morawiecz, pueri Rmæ d. vræ, Allatæ sunt mihi ex Cracouia litteræ dn. Ioannis lieszinski Castellani Bresten. in quibus multa mecum de R. d. vra, et grauiter expostulat, vti ipsa, ex exemplari illarū. quod cum presentibus illi, mitto cognoscere potuerit. quæ equidem ipsius querimonia, et expostulatio, vræ R. d. causa, visa est admodū molesta mihi, namq optarem ego vram Rma d. in omniū quidem istius prouintiæ amore gracia, et beneuolentia esse et florere. Verum ab amicis, et ijs qui illi aliqua sunt coniuncti necessitudine, potissimum illam diligi et obseruari cuperem. Quare rogo plurimū vram Rma d. et quantū licet hortor et moneo, vt cū d. Joanne lieszinski necessario suo de omnibus, quæ cum illo habet, amice transigat et componat, presertim tamen quod ad præpositura s. Michaelis attinet dare operam velit, ne quid præter ius, aduersum illū aut eius priuignum fiat. Ita enim maxime decet facere vram R. d.

et mihi vt faciat videtur non modo æquu͂, veru͂ etiam honestu͂.

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Andreæ Criczki Epo Plocensi

Cum multoties et coram dum hic esset, et per litteras cum abiit do. Gdzarowski succamerarius Regius a me contendisset vt de pecunia numerata, quam olim dominus Maslowski liberis suis testamento reliquit, eiusmodi curam susciperem, quo iam tandem illam a domino Raphaele Iacubowski nanciscerentur. Nolui illi opera in hoc mea deesse. quare nactus hic occasionem, tractaui ea de re cum eodem domino Iacubowski, et effeci vt promiserit pecuniam hanc apud me deponere, si ad id voluntas quoque vræ Rmæ d. accedat. Nam absque illius assensu se illam aiebat minime posse numerare, propter vadimoniu͂ quod ex pacto omnibus exequtoribus intercedit, ne scilicet absente vel dissenciente vno pecunia numeretur. quare d. vram plurimu͂ rogo, vt et voluntatis et assensus in hac re sui litteras, et decretu͂ atque rescriptu͂ Regiu͂, item etiam regestru͂ faciundæ per dictu͂ dominu͂ Iacubowski rationis, qui apud eam est, ad me quamprimu͂ mittat, cum primu͂ enim hæc habuero pecunia mihi numerabitur.

Fuit hic mecum, per aliquot dies d. Capitaneus Plocen͂, et curabat sua quædam negotia. Sciebat eni͂ propter necessitudinem et familiaritatem, quæ mihi cum illo intercedit, me sibi nulla in re deesse solere. Quin etiam, quia dignus est, et quod plurimu͂ opibus et amicis, in ista terra Plocen͂ valet, d. vræ Rmæ comendo, et rogo, vt illum beneuolentia et amore amicitiæ complectatur, et per occasionem comendatione, et fauore suo, in augendis illius

apud Mtem Regiam fortunis adiuuare mea causa non grauet.
Pestilentia hic aliquantulu erumpere, et quottidie magis ac magis latius propagari dicitur, quæ si gliscet plus quam ferri possit, alio mihi hinc migrandum erit, quo tamen sit eundu nondum statui, sed cum decreuero, faciam d. vram Rmam primo quoq nuntio certiorem, quæ valeat feli.mi, et me diligat Datu.

P. Tomiczki Eps. Vicecancell
Sygismundo primo regi Poloniæ.

Sacra Regia Maiestas, et domine, domine clementissime.
Recuperata tandem pristina valetudine mea hortatu et mandato Mtis vræ, inductus Cracouia veni, quo etiam postridie venit d. Brodericus epus Sirmien. et exposuit mihi simul cum dno Castell Crac., Regem suu ad concordiam quam tantoperre abhorrebat adiecisse, et inclinasse animu, sed quibus conditionibus, ea inchoari et tractari debeat, adhuc deliberamus, et consultamus inuicem, et cum primu certu aliquid cu prænominato d. episcopo statuerimus, faciemus Mtem vram, certiorem. Nunc id solu Mti vræ significare volui, hoc nomine tamen præcipue nuntiu misi, vt nomine meo statu valetudinis Mtis vræ inuiseret, quam ego omnibus votis illesam, et diuturnam esse vehementer opto et precor.
Cæteru subiectos mihi homines, quibus in Episcopali vico, quod Biskupie apellatur, omnia sunt igne absumpta, Mti vræ Sermæ comendo, suplicoq illi, vt damna et incomoda, communiter cum aliis suscepta, permittat illis sub imunitatibus Clepardiensibus concessis subleuare, et resarcire. Namq ego id Mti vræ Sermæ

vna cum ipsis offitiorum meorum sedulitate, et diligenti seruitute promereri studebo. Cuius graciæ me, et omnia mea etiam atque etiam comendo. fælicissimamque esse, et quam diutissime incolumem, cum liberis et Ser^ma sua coniuge, vehementer cupio et opto. Datum Cracouiæ, feria secunda intra octauam festi assumptionis dominæ nostræ, sanctæ Mariæ Virginis Anno d. M°.D°.XX.viii°.

P. Tomiczki Eps Crac Vicecancell.
Joanni de Oporow Palatino Juniwladislauien.

Magce domine, amice plurimum mihi char^me ac honorande. Dedit nuper ad me litteras Rmus. dominus Epus Cuiauien. quibus mecum grauiter expostulat, de eo, quod Magcia vra. dicere et queri debuerit coram multis hominibus, me retulisse illum apud Mtem Regiam, plurimis M. vræ negotiis et postulatis fuisse aduersatum, idque nunc etiam lamentatur. M. vram. sibi famæque suæ. in dedecus, et contumeliam palam de se prædicare. Ego certe tametsi id de M. vra credere nequaquam potui. Miratus sum tamen vehementer attribui mihi a quopiam eiusmodi vanitatem, quæ in se habet calumniæ accusationem, cum ego sim mihi conscius, nulla vnquam obtrectatione me lesisse Rmi d. episcopi bonam existimationem. nisi id fortasse ad iniuriam trahere sibi M. vra velit, quod dixi illum ægre suscepisse Mtis Regiæ quittantiam M. vræ. a me traditam, et impetratam quod certe neque licet, neque est facere honestum, cum et assensus fuerit, ei ad extremum libenter. et pecuniam aut partem eius vti scribit M. vræ. numerari fecit.
Cæterum quod attinet. ad Mtis Regiæ liberalitatem impediendam, non ausim profecto dicere id illum conatum esse. quare plurimum rogo

M. vram ut et me ea suspitione apud dominum epm primum liberet, et cum illo deinde uti conuenit principes Reip: in partibus sibi commissis, deposito odio et simultate, concors et vnanimis viuat, quo et famæ suæ, et commodis reip: et omnium deniq nostrum honori plurimum consulet, mihi vero presertim id quam gratissimum erit, si hortationibus et rogatis meis ducta M. vram intellexero nolle ipsi domino Episcopo præstare se infensam et inimicam. Optime valeat vra M. fœlixq sit semper et me diligat. datum.

P. Tomiczki eps Crac. vicecancell.
Consulibus ciuitatis Craccouien.

Famati domini, amici nostri dilecti. perlatum est ad nos cum litteris, tum nuntiis, vos nuper nescio quo consilio, contra ius et fas vim cantori et vicariis Ecclesiæ nostræ Crac. aliisq hospitibus iurisditionis nostræ sacerdotibus et clericis intulisse, nulla rone et iuris et authoritatis nostræ habita. Namq vt audimus lictores et nocturni vri vigiles, iussu vro hospitium, ubi illi tum honeste considebant ingressi, imperiose et intemperanter in illos irruerunt, nonnullis etiam percussis et per capilos tractis, ac omnibus demum inuicem in profanum carcerem coniectis, quod illorum nefarium factum vos aprobare volentes, carceratos hora noctis secunda, ad vigesimam vsq diei sequentis tenuistis captos et conditos, quam iniuriam nos cum non modo ad nos, sed ad totius ordinis nostri Eccliaci contumeliam arbitramur pertinere, graui et molesto admodum ferimus animo, tantoq id magis quod facto hoc vro beneuolentiæ et meritorum nostrorum quibus vos liberaliter fuimus semper prosecuti, ingratos oblitosq vos esse de:

clarastis, quodq culpa vra occasionem nobis dederitis, alia ratione quam et nos optabamus, et vos velle debebatis offitiu et iurisditionem nostram erga vos conciuesq vros exercendi, quam sane constanter, et animo forti tueri defendereq volumus, vt et facti magnitudo, et muneris nostri offitiu postulare videbuntur. Namq auditu hactenus non erat, tam audaci facinore, alicuius Crac. episcopi authoritatem, et iurisditionem lesam, et contemptam in vrbe vra fuisse. quare vos dum causam prestitistis, nobis ignoscere debebitis, si iure quod nobis legitime competit erga vos vti expedit vtemur. Bene valete omnes. Datu.

Petrus Tomicius Eps Crac. Vicecancell.
Consulibus Cracouiensibus.

S amati domini, amici nostri dilecti. Reddite sunt nobis lre vestre, quibus scribitis vos plurimu dolere, quod iniuria apud nos accusati fueritis, deprehensis temere per vigiles vestros, et carceratis cantore castri Crac. et aliis hospitibus iurisditionib. nostre, sacerdotibus et clericis, affirmantes subinde, id quod in prenominatis clericis accidit, ex speciali admissione, et mandato, domini Nicolai Bedlenski vicarii nostri factu fuisse. quam equidem rem tametsi nos, de viccario nostro credere non possumus, cuius ingenium et offitiu in administranda recte iurisditione nostra perspectum et probatum habemus, tamen vt etiam vobis id nuc asserentibus ita esse concedamus, certe nihil dubitamus mandasse illum et concesisse capere eos solumodo clericos, qui per tumultu nocturnu seditionem facerent in populo, vel qui graue aliquod facinus admitterent. Nam aliter qui mandare vel concedere

175
186

debuerit plane ignoramus? cum preter ius et consuetudines probatas, neq velle neq statuere quicquam ille in præiuditium totius ordinis nostri Ecclesiaci possit. Ceterum vigiles et ministri vestri abuso modo et mandato quod dari potuit fines longissimo interuallo prætergressi, iniecerunt manus in personas minime noxias, quippe quæ neq tumultus alicuius neq dedecoris occasio fuerunt, sed cum sui similibus hospitibus amicis, in loco honesto vbi illi hospitio tum excepti erant, aliquantulum sine vllius iniuria conuiuati fuerunt. quippe quæ neq tumultus alicuius. At isti vestri egregii ministri pacis scilicet, et quietis communis custodes, ipsimet ausu temerario quietem illorum perturbarunt, et illos contumelia primum affectos, in profanum vrum carcerem coniecerunt. quos cum vos in sequenti die captos esse sciebatis, et eos tamen vsq ad vigesimam illius diei horam teneri permisistis, carere equidem culpa iuditio omnium non potestis. quare ignoscere q nobis debebitis, si vra iniuria lacessiti, aliquid pro tuendo iure nostro aduersum vos agemus. et agere certe. nos nihil aliud velle vobis pollicemur, nisi quod et ius et æquitas, officiumq ac debitum nostrum nobis suadere et permittere videbitur. Bene valete omnes.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Andreæ Abbati Tinecensi.

Rde pater, frater in Chro charme. placet nobis vehementer qd vra p. seruum suum improbum et publicum adulterum qui alienam vxorem abduxit et publice cum ea comansit, a se et famulitio suo alienauerit. Non enim certe licebat vræ pti viro Ecclesiaco et religioso tantum scelus in domo sua tolerare, leges diuinæ et in:

periales puniant publicos adulteros pœna capitis. idem obseruatur, apud alias gentes / apud nos vero facit. quisq quod vult impune, vtrumq tamen est. Nos cum ipsum adulteru vbicunq fuerit, censuris ecc[l]iacis feriemus. quas si indurato animo sustinuerit brachiu seculare nobis, contra eum in subsidiu aduocabimus, et pœna debita ac seuera puniri illum curabimus / quod attinet, ad permutationem bonoru inter nos, et vram p. declarauit nobis Vladarius noster Crac. quod vra p. optet a nobis pro medietate suæ villæ Ruthka, et villula kargow. dari sibi villam nostram przeczicza, villulam lezierzani sub castro Thiniecz sitam, et decimas manipulares, in villis Barczicze et olschana quæ cu vendantur quotannis decemnouem marcis, et vra ptas, non habet, ex medietate villæ suæ Ruthka, et villa kargow. dumtaxat viginti flor pecuniaru. quos vræ p. adhuc debemus. soluere tamen ei illos mandabimus. non visa est nobis ea petitio. vræ p. æqua et iusta. Sed hoc videtur nobis esse æquu et honestu, vt vra p. accipiat a nobis, pro bonis suis, et monasterii sui. ea bona. quæ illi Vladarius noster obtulit. hoc est villas przeczicza et lezierzani. quemadmodu enim nos non optamus, vt vra p. faciat aliquid cum damno suo. et monasterii sui, ita ipsa vicissim non optet damnum nostru. et ecclia nræ, et iam super ea deliberet re ad finem vra p. cum suo conuentu, et perpendat valorem prouentuu vtroruq bonoru, et maiorem comoditatem suam. ac eiusdem conuentus sui, nobisq primu voluntatem et deliberationem suam declararet. Et valeat interim fælr. vra p. nosq in suis. et fratru suoru orationibus habeat comendatos. datu in Bodzanczin.

P. Tomiczki eps Cracc. viceca̅cell.
Joanni Latalski epo Posnaniensi.

Rme in Christo pater, et domine frater, et amice charme ac honorande. Cum adhuc ecclesiæ isti Posnaniens, in cuius gubernationem d. vra Rma successit, ego præsiderem, consiliu̅ inieram, de assignandis certis Canonicatibus et prebendis pro duobus plebeis doctoribus, ad decorem et vtilitatem ecclesiæ istic collocandis. In quam sententiam priuilegiu̅ summi pontificis, sumptu et opera mea expedire curaui. Similiter vero illo tempore, quando in possessionem Cantus post mortem domini Sigismundi vaccantis doctorem Gregoriu̅ de Shamothuli introduci feceram, Petrus Gorzeniski factu̅ et institutu̅ meu̅ Jure coadiutoriæ suæ impedire nitebatur: ne quid difficultatis in posteru̅ doctori Gregorio relinqueretur, conueneram tum ego, cum dicto Gorzeniski de Coadiutoria sua, et promiseram illi prouidere de primo Canonicatu, in ista Ecclia vacaturo, de qua re, cum iam Epatum d. vræ Rmæ resignassem, illam certiorem feceram, vra d. vicissim mihi receperat id se prestaturam esse occo̅ne data, quod a me præstitu̅ illuc vsq non fuisset, quod qz per d. vram hactenus neglectu̅ est. Ecce Gorzenski supranominatus Jus suu̅ nolens intermittere et negligere lras cittonis contra doctorem Skrzethuski, apud sedem Apticam obtinuit, quibus proculdubio magnum illi negotiu̅ facessere, et de Cantu cum iure sibi competenti detrudere facile poterit, nisi per d. vram Rmã ei rei aliquo consilio occurratur. quare ego d. vræ Rmæ ista in memoriam reduco, quæ in hac re ab initio assumpti episcopatus mei constituit. Ac illam rogo, vt de conseruando priuilegii Jure isti Ecclie summe necessario rationem ineat, et isti Gorzenski, in eo

quod sibi debetur satisfacere velit, faciet enim d. vra Rma rem ex omni parte æquam, et sua laude dignam. Michi autem et omnibus ecclię isti addictis plurimu gratam. Comendo me amori et beniuolentiæ frnæ d. vræ Rmæ. quam sanam esse et fælicem semper esse ex animo opto. Datu.

P. Tomicius eps Cracc. vicecancell.
Benedicto Isdbienski, Gnesnensi,
Craccouien. Posnaniensi Canonico.

Venerabilis domine, frater in Christo charme. Cum præfuimus adhuc ecclesiæ et diœcesi isti Posnanien, conuenerat nobis cum Capitulo, bona ratione, vt bini canotus et prebendæ, duobus doctoribus, theologiæ s. et iuris pontificii Posnaniæ habitaturis perpetuo designarentur. quæ res, quia absq authoritate sumi pontificis subsistere non poterat, curauimus illam, illius sanctitatis, et sanctæ sedis apostolicæ, confirmatione roborare, et litteras istas ad posteritatis monimentu, et rei testimoniu obtinuimus, quas vobis mittimus, et volumus vt illas prælatis et canonicis istius Posnanien ecclesiæ nostro nomine reddatis, et salutem vna illis omnibus dicatis.

Maczeowski Cæterum per obitu fratris vri, cuius mortem vra et illius ca egerrimo ferimus animo. Mtas Regia plebanatu in Osmolino Samueli Maczieiowski nostro contulit, in quo ad petendu se instituí, et ad capiendam possesionem, item et reliqua id genus ipse vos et dominum Volski procurem constituit. Nos quoq rem istam, curæ et diligentiæ vræ comendamus, et cupimus opera vra, et templo illi, de bono curatore, et sacerdote consuli, et Maczieiowski vtilitati, in fructibus qui ad eum iuste per:

tinent percipiendis prouideri, quo et illi plurimum comodabitis, et nobis gratum praestabitis offitium. Bene valete et faelix sitis. Datum Cracoviae.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Ioanni Latalski Epo Posnaniensi

Rme in Christo pater, et domine frater et amice charme ac honorande. Binas a vra d. Rxma, uno argumento accepi litteras, et pro eo quidem, quod utrisque bonam mihi impertitur salutem, meque inuiset, plurimas illi ago et habeo gracias. Quod vero ad oppidanos illius Slupcen attinet, de quodam debito remittendo me sollicitat d. vra Rxma, videtur mihi res factu, non modo incommoda, verum neque honesta. Namque cum ego adhuc Episcopatui isti praefuissem, bis vel ter censum omnem, quem mihi ex illo oppido cives debebant, illis condonaui, et remisi, ut oppidi sui turres et moenia reformarent, ut aedificia publica curarent restauranda. Quare vram Rxmam d. rogo, ne a me de remittenda illis hac quoque peccunia contendat. Sed pro offitio suo, et beneuolentia frna, illis, et aliis suis subditis imperet, ut id quod mihi iuste debent, quamprimum et integre dissoluant. Scribam d. vrae Rxmae Sdzarowski, et dominum Bolieniczki medicum, libenter comendatione mea apud Rxmum d. Cardinalem S. quor Coronatorum promouissem ut alter parrolem Ecclesiam in Buk, alter vero Cantum, et praebendam nancisci Gnesnen potuisset, si id mihi tum cum accepit lras d. vrae Rxmae integrum fuisset facere. Sed profecto iam multo ante miseram ipse litteras, ad ipsum Rxmum d. Cardinalem, ut nonnullis Servitoribus meis, hoc a me summo studio efflagitantibus de sacerdotiis Iacobi Schutz pro:

videretur. Cum intelligerem ea omnia, q illle apud sedem obie: rit ad dispositionem sum̄i pontificis pertinere, et ordinarios nullum prorsus ad hæc conferenda ius habere, in quo me con: trarias litteras dare, et mutare sententiã, non fuit, nec esset honestũ, id tamen polliceri ausim d. vræ Rmæ, quod hiqz obtinere aliquid, in diocesi illius, ex dictis sacerdotiis contige: rit, servient æque libenter d. vræ Rmæ atqz ut mihi serviunt. Et alias cum mihi erit integrũ, in omnibus d. vræ Rmæ, pro virili mea gratificari libenter volo. Nunc vero me illius Rmæ benevolentiæ cōmendo. et cupio illam diu esse incolumem et fæ: licem. datũ.

P. Tomiczki eps Crac. vicecancell.
Ioanni Nanda, Decano Vicarioqz in
spiritualibus et officiali Gnesnensi
generali.

Venerabilis domine, frater in Christo charme. Accepimus lras vras, ex quibus quod intelleximus, vos et in coadiutoria deca: natus Posnanien a sede apostolica confirmatũ, et in ecclesia il: la posnanien susceptũ, gratulati ex hoc sumus. quod enim ab initio cedendo ius nostrum, et operam adiutricem præstando vobis favimus, hoc nunc recte confectũ et expeditum esse gau: demus, et vobis gratulamur.

Quod attinet, negotiũ sacerdotiorũ, post mortem domini Miel: zinski vaccantiũ, consulere aliud non possumus, quàm ut citta: ti per se, vel per legittimos procuratores quisqz suam causam in urbe Roma defendat. Nos vero sub hoc tempore a Mte Regia per literas obtinebimus, ut contra Conarzewski et alios compli: ces, litiũ iniquarũ suscitatores, statutũ Regni extendi man:

Mielezinski

dare dignetur. Nam si recte recordari possumus, nemini alteri statuti praedicti exequutio, nisi M^ti suae est concessa. Paulo ante etiam in vrbem Romam M^tis Regiae nomine scripsimus, vt eiusmodi causae et lites, quibus priuilegiu nostrum ledi possit in iudiciis non admittantur, quare cum d. poniatowski, et seruitoris nostri Vilamowski, negotiu ex priuilegio ordinariorum, et Regiae M^tis authoritate defendetur, dubitare nemini licet, illos in causa futuros victores. Nos vero opera, et patrocinio nostro, in hoc illis non deerimus.

D. Custodem Ecclie nostrae Crac. de debito vro soluendo admonebimus, et nihil dubitamus illum admonitu, ita vobiscum transacturum esse, vt non sit opus, ad extensionem censurarum contra illum procedere.

Miramur plurimu, qd Rmus d. Archiepiscopus, sacerdotia in Mensibus Sumi pont: vaccantia prouideri, authoritate sua permittat, cum hac re sola, ius omne priuilegio ordinariis nuper concessum amitti possit, vtcumqz tamen est. Rogamus vos plurim magnopere, vt d. doctorem Rzeczicam, qui ad Capellaniam seu altare in Ecclia Gnesnen, et plebanatu in Gora ius plenum habet, in quibus erit necesse adiuuetis, Nam cum ille id assequitur, cum Rmo domino Archiepiscopo, si vel ab eo optauerit, facile pro arbitrio d. suae Rmae transigere de quibus expediet poterit. Nihil vero dubitamus d. suam Rmam illum in eius iustitia et iure non esse impeditura, immo pro offitio suo modis omnibus adiutura, quo possesionem sacerdotioru de quibus illi est promissu assequatur. Litteras quae cum nostris in vno fasciculo erant ligatae et inclusae, sine mora his quibus debentur transmittemus et vram d. faelicem et recte sanam esse optamus. Datu.

P. Tomiczki eps. Crac. vicecancell.
Capitulo Eccle Metropolitane Gnesnen.

Venerabiles domini, fratres et amici in Christo char.mi, mortuo nuper in Italia domino Nicolao Poplawinski, dominus Stanislas s rzeczicza Canonicus Wladislauien. et basilice sancti Petri de vrbe minor penitentiarius, ab[que] M.tis Regiæ, in vrbe negotiorum solicitator et gestor, benefitia per mortem defuncti vacantia impetrauit, ex quo impetrationis suæ iure, cum istic in diocesim Gnesnen. ad capiendam possessionem sacerdotiorum vacantium presentem notarium mittat, illum d. vestris comendamus, et ab illis rogamus vt fauore, consilio, et auxilio suo, in his quæ ad rem expedient, illi adesse velint, quicquid illas ea in re, pro iustitia, et æquitate fecisse cognoscemus, id illis vicissim offitiis amicitiæ, et gratificatione nostra, in aliis referre curabimus. d. vero penitentiarium prædictum de illis optime id meriturum esse, nichil dubitamus. Cupimus vero vt v.ræ d. sint sane et fælices omnes. datum ex Bodzancin ix. Julii. M D xxx iij.

Samuel Maczieiowski Cancus Crac.
Canonicis Cracouiensibus

Rx.di patres, domini, et confratres colendissimi. Cum isthic presens adhuc fui declaraui p. v.ris fore opus, vt aliqui ex dominis

Canonicis meorum in bona Pabijanicen descendant, propter certorum negotiorum cognitionem. In qua re, etsi tum p. vrae mihi fuerant assensae, hactenus tamen neminem ad hoc munus obeundum desi: gnauerunt. Quare iterum hoc p. vris. in memoriam reduco, illasque rogo, vt per litteras suas aliquibus ex dominis confratribus qui conuentui presenti intersunt, demandent, et comittant, vt ad ea quae pro comodo illorum bonorum sunt cognoscenda et conspicienda mecum descendere non grauentur. facient in hoc p. vrae, rem non modo vtilem, sed necessariam. quorum graciae, ego me et offitia mea comendo, et deum precor, quo singulos, et in vniuersum om: nes, in statu bonae valetudinis, et optatae faelicitatis, pro sua clementia, seruare dignetur. datum in Piothrkow xv. Januarii. M^o D. xxx iii.

P. Tomicski Eps Crac Vicecancell.,
Dauidi Poniatowski Custodi Gnesnen.

Venerabilis domine, frater in Christo char^me. Non libenter audi: mus vobis et aliis, qui possessionem sacerdotiorum, post mortem domini olim Stanislai Mielszinski vacantium habent per Cona: rzewski negotium facessi. Cum vero ille tanti non sit vt metui de: beat in hac re, bono animo vos esse cupimus. cui nos simul cum nostro Vilamowski, et caeteris ~~omnium~~ ope et consilio nostro, adesse volumus. et procul dubio partim iure priuilegii ordinarius Regni concesso:, partim Mtis Regiae, et Statuti regni authori: tate ita releuare curabimus, vt nihil in vobis aduersariorum temeritas praeualere possit. vos modo per se, vel per procuratorem Jus vestrum in vrbe Roma defendere tantisper curetis, dum

nos statutu Regni, contra Conardowski, et complices eius exten:
di procuramus. procurabimus autem id breui, ad Mtem Regi:
am ea de re nostris datis litteris. Nam ab alio quouis Regni
officiali statutu prædictum extendi, nisi a Regia ipsa Mte in:
tegrw non putamus. Cætera vobis dominus decanus Gnesnen ex:
ponet.

P. Tomiczki eps Cracc. vicecancell.
Capitulo Cracc.

V

enerabiles domini fratres in Chro char.mi. Venerabilis d. Joan:
nes Valentinus mutinen. arcium et medicinæ doctor Sandomi:
rien, et Trocen præpositus, ac Ser.marum Regiæ et Rlis Mtum
phisicus consequutus est, ex contractu, vel permutatione, quadam
de consensu Regiæ Mtis a domino Petro Conarski custode cano:
nicatum et prebendam istius Ecclesiæ meæ Cathedralis Crac.
ad quam quia sub absentia mea, certo respectu recipi cogitat. f.
vras. fine hortamur, vt illum absque aliqua difficultate, vel ne:
gotio recipiant, in quo rem inprimis officio suo dignam, ac deinde
Mti Regiæ, mihique et pluribus aliis gratam facient, et sibi et
ecclesiæ priuatim et in comune illud denuncient. Bene feliciter:
que valeant. vræ f. et nos in suis orationibus habeant comendatos.
Datum.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Joanni Liatalski Epo Posnaniensi.

Rme in Christo pater, et domine amice honoran, mittit isthuc d. Carolus Antonius de Marchesinis, ad prosequendam nominationem suam, quam a Rli Mte dudu ad istā d. vrae Rmae ecclesiam habet, qui qm est Mtis Rlis Secretarius, et mihi gratus, comendo illius simul et nuntiu, et negotiu, et rogo d. vrām R. vt operam, et authoritatem suam interponere velit, quo dictus d. Carolus ius suu in ecclesia d. vrae Rmae sine aliquo impedimento persequi possit, in quo rem et Mti Rli, et mihi gratam faciet, quam vicissim ego d. vrae Rmae bene mereri curabo. Comendo me amori, et beneuolentiae frnae d. vrae Rmae, quam sanam, et faelicem esse semper opto. Datu.

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecan:
Joanni Liatalski Epo Posnamen.

Rme in Christo pater, et domine frater, et amice charme. ac honoran. Scio iamdudu cognitu esse, vrae R. d. quòd Regia Mtas, ad Canonicatu Ecclie Posnanien qui nunc vacat per mortem d. Gunicz3ki Jus suum presentandi pro vna vice dumtaxat deferre et dare mihi dignata est, ad quem quidem Canonicatu quia ego pro iure quod mihi nunc competit, duxi presentandu d. Stanislaw Slomowski sanguine mihi iunctu, d. vrām R. plurimu rogo, vt illu inuestiri et in Ecclīam suam recipi ad praenominatu Cantu et prebendam faciat, pro offitio suo pastorali. Caeteru quia allatae sunt eidem Stao Sc Slomowski

littere Apostolice, ad Canonicatum et prebendam Gnesnen, et dno Samueli Machiciowski, ad capellaniam seu altare s. Trinitatis in Ecclia vre R. d. Posnamien, que vacarunt per obitum Iacobi Schuc? et de quibus illis, ad suplicatione potissimu Mtis Regie, et mea est prouisum a summo pont:. Rogo plurimum vram R. d. vt in capellania seu altari s. trinitatis, possessionem, et administrationem spiritualium et temporalium domino Samueli Machiciowski sine aliqua controuersia tradi faciat. dominum autem Boliecki phisicum suum, qui preter ius prebende Gnesnen possessionem ocupauit, inducat, vt in eo quod obtinere legittime nequit, temere non agat quidquam, contra d. Slomowski consanguineum meum, cui Ius Apostolicum, integrum illic competit. quo faciet, vra Rma dnatio rem offitio suo pastorali dignam, et mihi magnopere gratam. Cupio faelme valere. d. vram Rmam. Cui me ex animo comendo. datum Cracouie, xxix. Marcii feria secunda pasce.

P. Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Regia Mtas, et domine, domine clemenme. Mortuus est ante octo dies, dominus Melsinski, post cuius mortem vacant etiam plebanatus in oppido Gniewkow, et prebenda Crushuicen, collationis quidem et iurispatronatus, vre S. Mtis, sed exiguorum prouentuum, pro quibus duobus sacerdotiolis, ego Mti vre Serme suplico, vt illa conferre clementer et graciose dignetur, scribis Cancellarie sue, et meis seruitoribus, qui assidue cum paruo fructu laborant. ex quo stu enim Cancellarie me concedente maiores quasq expeditiones gratis, vix tantum emolumenti capiunt omnes, quantum vnicus ante querere solebat, merebor ego id, vna cum ipsis, Mti vre Serme perpe:

tua servitute mea, quam servitutem, et me quoque ipsum perpetuo
in graciam M^tis v^rae Ser^me comendo.

Sigismundus primus rex Polonie
Cardinali sanctorum quatuor
protectori regni.

R^me in Christo pater, et domine amice char^me et honoran^de. Is scri:
ba et subditus noster, qui presentes d. v^re R^me reddet litteras,
habet apud istam sanctam sedem propriam de parrochiali quadam cam
In qua causa, quia cuperemus eum, pro iustitia et aequitate adiu:
tum esse, d. v^ram R^mam rogamus, ut pro authoritate sua, qua apud
Sanctissimum dominum nostrum, tum apud omnes Curie offitiales va:
let, illius iustitie quantum aequum erit patrocinari velit. quod vicis: NB
sim nos d. v^re R^me, benevolentia et gratificatione nostra referre
curabimus. et recte valere, et faelicem esse vehementer optamus.
Datum

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Stanislao de Rzeczicza Poeniten:
cionario Romano

Venerabilis domine frater in Christo char^me. proficiscens isthuc
iste d. Sacrziwski, petiit a nobis ut illum et causam suam, quam
isthic habet Regiis litteris R^mo domino Cardinali protectori, co:
mendaremus. quod illius causa non inuiti fecimus. ut autem au:
ctiorem istam comendationem haberet, vobis etiam illum comenda:
mus. et rogamus a vobis, ne iustitiam illius, quam habet quantum

in vobis est oprimi per quempiam permittatis, in quo rem et nobis gratam et illi utilem prestabitis. Bene valeatis et sitis semper faelices. Datum.

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Doctori Rzeczicza Poenitencionario
Romano.

Venerabilis domine frater in Christo charme. Miramur plurimum vos iam dudum nullas dedisse litteras ad nos, neque de morte summi pont: et noui in locum illius suffecti quidpiam nobis perscripsisse cum tamen alii interea temporis isthinc scripserint litterasque Venetias transmiserint, que deinde huc perlate sunt. quare rogamus vos, ut per primum nuntium nobis de rebus omnibus que isthic aguntur perscribere curetis, presertim vero si littere nostre quarum plerasque his diebus preteritis ad vos misimus, sint vobis omnes iam reddite, necne, et quas non videtur nobis necessarium in presentia repetere. non dubitamus namque eas, ad hoc tempus esse, iam vobis redditas, vosque mentem et voluntatem Regie Mtis ac nostram ex eis isthinc cognouisse. quoniam autem vestras cupide expectamus, postulamus a vobis, ut nobis scribere quamprimum velitis, et nichil eorum que sunt nobis scitu necessaria obmittatis, resque et negotia nostra diligenter ac cordate curetis. et bene valete. Datum.

P. Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Andree Czarnkowski Canco Gnesnen
et Scholastico Pataviino

Venerabilis frater in Christo dilecte. Rediit iam ex Venetiis nuntius noster Christophorus, qui cum litteris per nos missus fuerat, attulitque nobis missos a te libellos, quos emere tibi, nobisque huc mittere commiseramus. Quoniam autem scribimus in presentia ad doctorem Rzeczicza litteras, easque mittimus ad te cum presentibus, volumus ut per postam Venetam, perferri eas ad illum in urbem Romam quamprimum facias. Et bene vale. Datum.

Petrus . Vniuersis, et singulis, principibus Ecclesiasticis et secularibus dominis Archiepiscopis, Episcopis, comitibus, baronibus, Castellanis, ac eorum offitialibus, vrbium et castrorum prefectis, capitaneis, nobilibus, magistris ciuium, communitatibus, et aliorum quorumcunque locorum custodibus tricesimatoribus, et aliis quibuscunque vbilibet in Regno Hungarie consistentibus, ad quos presentes littere nostre peruenerint, amicis nostris char.mis, Salutem et omne bonum. R.mi in Christo patres, spectabiles, et Mag.ci ac generosi nobiles et famati domini amici nostri char.mi. famatus Ioannes Biskupi ciuis Crac. mittit in Hungariam, ad Magnificam dominam, vxorem Mag.ci olim domini Iacobi de Tornay, ac ad alia illic loca, hunc presentium exhibitorem seruum suum, in quibusdam suis negotiis. Proinde postulamus a vris d. vt illum tam illuc euntem, quam inde redeuntem libere, et absque quauis molestia, impedimento,

et aresto, et sine quarumcunque exactionum solutione, cito redire, transire, stare atque morari quatenus ei visum fuerit, et rerum necessitas exegerit permittere, et permitti iubere velitis Rem suo offitio et bona vicinitate dignam factur. quam illis earumque subditis pari offitio, et gratificatione nostra hic in regno isto Polonie per occasionem referemus. Et cupimus vt optime et felime valeant. Datum Cracouie. die xxv. Nouembris. M° D. xxx iiii.

Sigismundus primus rex Polonie,
Petro Gamrato Epo Camenecen.

Rxme in Christo pater, Sincere nobis dilecte. Stanislaus Gorski Subditus noster, habet quandam de bonis controuersiam cum Alexio Gorski, et Liesniewolska agnatis suis, ad quam componendam, cum isthuc vadat, hortamur p. tuam, vt authoritatem suam interponat, quo possint inter se dicti amici transigere, et sine litibus in subiectione nostra, honestam vitam agere, factura s. tua pro suo offitio, et gracia nostra. que bene valeat. datum Cracouie. die xxviija Iulii. M D xxxii. Regni nostri xxvito

P. Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Petro Gamrato Epo Camenecen.

Rxme, in Christo pater, et domine frater, et amice charme et honorande. Stanislaus Gorski Domini Caroli Antonii marchesinii familiaris, habens isthic cum quibusdam agnatis suis controuersiam de bonis, proficiscitur ad vram R.d. vt illius authoritate adiutus, possit de dicta controuersia transigere, et amicorum beneuolentiam,

sibi comparare. qui quoniam est industrius iuuenis, et suis offitiis de me bene meritus continere non possum. quin illum d. v̄re comendem, simul ab illa rogo, vt patrocinio et opera atq authoritate sua illius causam prosequi, et ad fines æquitatis reduci velit. quod ille d. v̄re Rme, optime mereri curabit. Et ego gratificatione mutua referre studebo. Comendo me amori, et beneuolentie frne. d. v̄ræ. R. quam sanam, et fælicem esse semper ex animo opto. Datu Cracouie die xxviii Julii. Anno d. Mo. D. xxx. ii.

Sigismundus primus Rex Polonie
Proconsulibus et proconsulibus
Cassouiensibus.

FAmati grate nobis dilecti. quæstus est nobis subditus noster Iacobus Vladica ciuis Cracouien, quod theloneator vester, illi absq vllo suo demerito, vel culpa, vnam ligaturam panni, quam Bellam vocat, temere, et violenter receperit, et per hoc damnum illi non mediocre intulerit, id quod ipse coram, latius explicabit. quapropter postulamus a vobis, vosq hortamur, vt cognita iustitia, eius subditi nostri quam se habere, aduersus ipsum theloneatorem v̄rm prætendit illi. hoc quod indebite ei ademptu est integre restitui, citra omnem moram, et difficultatem, vel æqua solutione et satisfactione sartiri mandetis. offitiu vestru, et rem nobis gratam facturi. quam pari vicissitudine, vobis et conciuibus v̄ris. in Regno, et dominiis nostris referemus. Datu Cracouie

192

Sigismundus Rex Polonie
Petro Voievode Valacorum

Magnifice domine, amice, sincere nobis dilecte. Cum reuersus esset, Mag^cus. Ioannes de Thancżin castellanus lublinen. orator noster, quem superiore anno, ad imperatorem Turcarum, miseramus, non aduexit vnum adolescentem, nobilem subditum nostrum, qui illic in comitatu suo erat profectus. Namque morbo et ęgritudine graui, in itinere correptum relinquere in oppido M^tis suę obluzice, quod non multum a finibus Hungarię distat, relinquere est coactus. in quo oppido cum nuntius ab amicis hinc semel missus, iam illum reperire non potuisset. hunc iterum nuntium ad vlteriora dominia Imperatoris, et ad ipsum etiam imperatorem mittere decreuerunt, vt adolescens prænominatus inquiratur sicubi reperiri possit. quoniam autem is nuntius illo proficisces et huc rediens, per dominia vrę d. iter facere debet. Rogamus illam plurimum, vt liberum ac securum illi aditum ac reditum concedat. Nam id pro uire bonę vicinitatis referemus. Benę valeat d. vra et sit diu fœlix. et incolumis Datum

Sigismundus primus Rex Polonie
Stanislao Episcopo Olomucensi

Rde in Christo pater, sincere nobis dilecte. Nicolaus Grosch Ciuis Crac, et subditus noster, cum ante aliquod tempus in Italia

proficiscens, in villa quadam Rdi patris Abbatis ragadien dio:
cesani p. vre, hospitatus esset, aureos centum imprudens, et fu:
gam meditans propter Thurcas qui tum ad oppugnandam viennam
veniebant amisit, quos non multo ante subditus quidam eiusdem
abbatis Ragadien moriens se reperisse fassus est, et restitui com:
misit. Ad quos repetendos, quum illuc prædictus subditus noster,
filium suum mittat, postulamus a p. vra, vt diocesano suo abbati
mandet, quo hanc peccuniam subditi nostri, citra moram, et
exceptionem restituat. Nam dicitur, quod ad manus eius perue:
nerit. factura p. vra rem nobis gratam, et ab offitio æquitateque
sua non alienam, quæ vt bene valeat, et sit fælix semper. Datum
Craciæ vltima febr. M.D.xxxii.

Sigismundus primus Rex Polonie
Georgio Marchioni Brandeburgen

Illustris princeps, et domine. Rediit cubicularius noster, quem
cum hoc nuntio Illtis vre, causa illius in Hungariam, ad Ser.mum
Regem Ioannem miseramus, qui nihil aliud nobis attulit, nisi
quod Rex Joannes litteris ad nos datis, quarum exemplum presen:
tibus inclusum Illti vræ mittimus pollicetur se velle inquirere,
in Transiluanie prouintia, quo nunc est profectus, an ita se res
habeant, vt fuit per nos ad se nuntiatum, de quibus quando erit
edoctus, nos per nuntium proprium, tum demum certiores facere
promittit, quod etiam nos vicissim, Illustritati vre declarare
curabimus. Cæterum is nuntius Illtis vre presens verbis
exponet, quo pacto in Hungaria, et exceptus et tractatus a Ser.mo
Rege Jo: fuerit. Cupimus bene valere illtem vram, et semper esse
saluam et incolumem. Datum Crac. xix Marcii. M.D.xxxi. Regni n. xxv.to

Sigismundus primus rex Polonie.
Joanni regi Hungarie.

Serenissime princeps. Scripseramus primis huius anni Mensibus Mti vre Serme illam rogantes, vt nuntiu, et seruitorem Illris d. Georgii Marchionis Brandeburgen, nepotis ex sorore nostri charissimi, per Mtem vram isthic, cum ad curanda negotia principis sui proficisceretur detentu liberu ob intercessionem nostra dimittere dignaretur, ad quas litteras, qm Mtas vra Serma noluit tamen nobis aliud rescribere, nisi q per oratorem suu, quem breui se ad nos missuram affirmabat, nobis super hac re respondere vellet, quod cum multo iam tempore interposito Mtas vra hactenus non fecit, et d. Marchio nos crebrius ista de re interpellet. Mtem vram, iteru presentibus rogamus, vt dictu nuntiu, cum filio, famulo, et rebus, sarcinisq suis, libere ad principem, et dominu suu reuerti permittere velit, in quo nobis rem plurimu gratam, Mtas vra faciet, quam vicissim illi omni gratitudine, et beneuolentie offitio referre curabimus. Dominus deus seruet Mtem vram recte sanam et fœlicem. Datu Cracouie die vii Julii M.D.xxxii. Regni nostri xx.

Sigismundus primus rex Polonie.
Carolo duci Minsterbergen.

Illustris princeps, et domine affinis noster charme. In graui querela ad nos detulit generosus Petrus de Gora Castellanus Naclen et capitaneus noster Wschouien, seu fraustaten, q Capitaneus

Glogouien, quasdam diffidationes, et inimicitias illi denunciat, nulla ipsius exigente sua culpa, sed contracto aduersus illum quodam odio, eo q ipse fines nostros tuetur, et occupari illos non permittit, ita quemadmodu pro fide, et offitio suo id facere tenetur, Itaq postulamus, a vra illte, continere velit, eundem Capitaneu Glogouien, ne quid hostiliter, aduersus ipm Capitaneu nostru, aut alios subditos nostros attentet, sed iure mediante, actiones suas cu illis prosequatur. Praeterea praedictus noster Capitaneus, declaraturus est vrae Illti alias iniurias, sibi Glogouie illatas, in suis familiaribus, in eius presentia detentis, et vix ad cautionem fideiussoriam dimissis, et altera vice verberibus vulneribusq affectis, ita vt vnus eoru extremu obiisset diem. postulamus a vra illte, vt etiam pro eisdem, et aliis quibusuis iniuriis praefato Capitaneo nostro, iustitiam debitam ministret. in quo faciet offitiu boni principiis quod vicissim aliis offitiis nostris gratificatoriis eidem vrae Illti referemus. que optime valeat, et sit faelix, nosq diligat. Datu Cracc, die Sabati proximo, ante dominica Carnisprivii, Anno domi.

Sigismundus Rex poloniae.

Mco, et generosis Stanislao de Coscielicez Palatino Posnanien, ac Mariemburgen, Stumen, et Bidgostien Capitaneo. Ioanni Coscielieczki Lancicien, ac Thucholien, et Naclen capitaneos, et N Crothoski Cowalien castellanis, Sincere, et fidelibus dilectis graciam nram Regiam. Magce, et generosi, sincere, et fideles dilecti. Habentes rationem Seruitioru, et fidei generosi Mathiae Thuczenski donauimus et contulimus iam pridem illi, et eius legittimis succesoribus seu haeredibus, bona terestria, Nobiliu Iacobi et Vincentii

fratrum germanorum, de fridland in districtu Walcew, ac Georgii wedelski, quartam partem opidi Thuczno, et aliorum bonorum, ad illam spectantium, Ioannis Casparis, et Dauidis fratrum, dictorum Marcdinkowsczi, in eodem districtu walczew Anglici de pepelow, Bernardi Boumgard, et aliorum fratrum suorum, et Iuntheri korth Golczen fratrum in districtu draheimew, et alias vbilibet consisten-tia hæreditaria et obligatoria, propterea, quod ipsi nec per se, neque per alias personas satisfecerint bellice expeditioni, contra ordinem Theutonicorum in Prussia, ac gentem Germanicam, eidem ordini in auxilium contra nos, et Regnum nostrum venientem decrete, immo se nonnulli eorum, eisdem gentibus Germanicis associantes, ducto-resque illarum existentes, se nobis vna cum ipsis opposuerunt. Proin-de nos volentes, vt huiusmodi donatio nostra, eidem Mathie Thu-czenski facta, suum debitum consequatur effectum, vobis commit-tendum duximus, et committimus per presentes, vt cum pro parte dicti Mathie, vigore presentium fueritis requisiti, simul ad locum, et terminum competentem conuenientes, vocatisque ad se partibus, quarum interest, auditisque earum propositionibus, et responsis, ac sufficienti testimonio, et probatione de præmissis recepta, visoque priuilegio nostro, super ipsa donatione prædictorum bono-rum, dicto Mathie facta, si compereritis prædictos nobiles belli-cam expeditionem præfatam, de dictis bonis suis non præsti-tisse seu non obiuisse, priuilegium hoc et donationem nostram, in suo debito vigore conseruantes, bona eadem prænominato Mathie, et eorum possessionem assignari auctoritate nostra Regia man-detis, et vos ipsi quantum offitium vestrum commissarium feret, assigne-tis ac adiudicetis, Et alia que in præmissis fuerint necessaria, et consueta, ac Iuri comuni consona, decernatis et faciatis, pro offitio vestro, et gracia nostra, vnius vestrum absentia non ob-stante. Datum Cracouie, sabbato proximo ante dominica leta-re. Anno d. M.D.XXXII.

Sigismundus primus rex Poloniæ.
Joachimo Marchioni Brandeburgen.

Illustris princeps, et domine affinis noster char.me. Generosus Mathias Thuczenski de wedel subditus noster, obtinuit iudiliter, quædam perlucra, in sorte bonorum oppidi Thutz. nobilis Georgii de wedel, subditi vræ Illtis, cuius quidem sortis possessione, dictus mathias, ex decreto iuris est iam pridem assecutus. quia vero ipse Georgius eidem decreto, se temere opponens, in ea ipsa possessione, et etiam vsu sortis sue, præfatu Mathiam violenter im: pedire, et molestare pergit, ac molestat, et impedit. Consentaneu nobis visum est, hanc rem, ad vram Illtem referre. a qua postulamus, mandare velit præfato georgio de wedel, vt decreto iudicii pareat, et non vi, sed iure ipso mediante, actiones suas, cum dicto Mathia prosequatur, Sed et in aliis suis causis, et iniuriis per illum declarandis, eidem Mathie benignam attentione, prebere, et iustitiam indilatam ministrare dignetur, quo faciet vra Illtas offitiu boni principis, nobis impense gratu, et studiu suum, conseruande bone vicinitatis, inter comunes subditos nostros testabitur. quod vicissim aliis offitiis gratificatoriis vræ Illti, et eius subditis referemus. que felicissime valeat, et nos diligat. Datu.

Sigismundus primus rex Polonie
Alberto duci Prussie

Illustri principi, domino Marchioni Brandeburgen, ac Stetinen, ac Stetinen, Pomeranie Cassubarum, ac in Prussia, duci et Burgrabio Nurembergen, nepoti nostro char.mo, Salutem, et fælicitem. Illustris princeps, nepos noster char.me. Cum declarassent nobis, anno preterito. Cives nostri Gedanen, q bona eorum, ex magno ducatu nostro Lithuanie demissa, et in montem usq Regium perducta fuissent, ibidem per vram illtem retenta, et arestata, querenturq propterea, se non paruo damno affectos esse. vra autem illtas, excusans apud nos hoc suum factum, et culpam eiusmodi aresti, in ipsos Cives nros Gedanen reiiciens, detulisset hanc controuersiam cognitioni nre. Nos satisfacere volentes, desiderio vre illtis, simul ac ciuium nostrorum Gedanensium querelam obaudire nolentes, indicendum et statuend duximus, indicimusq et statuimus presentibus terminum, tam vre illti, quam etiam Ciuibus nostris Gedanensibus, quadragesimum videlz diem, ab intimatione ptium litterarum nostrarum, ad comparend coram nobis per nuntios, sufficienti mandato fultos, et deducendum id, quod tam vra illtas, quam ciues nostri Gedanen, pro conseruanda iustitia sua, necessarium sibi putabunt. Nos vero auditis tam vre illtis, quam ipsorum ciuium Gedanensium nrorum propositionibus, ac responsis, illisq mature examinatis et perpensis, id tand decernere dante domino curabimus, quod nobis æquum, et iustum esse videbitur. Bene valeat vra iltas Datum Cracouie die xxi februarii Anno d. M.D.XXXII. Regni vero nri. Anno XXVIto.

Sigismundus. Significamus tenore presentium, quibus expedit v:
niversis, quia coram nobis personaliter constitutus nobilis Jo:
annes Goszki aulicus noster, sponte et libere recognouit, quia
nobilis Sbigneus Szieniczki illi satisfecit, pro suma quingento:
rum florenorum in moneta per triginta grossos, quemlibet florenum
computando, quam in mutuum ei concesserat, et ipse illi eam inscri:
pserat, et obligauerat in villa sua Strachoczin in terra Sando:
miriensi sita, eandemque summam quingentorum florenorum praefatus
Sbigneus Szieniczki, ipsi Ioanni Goszki, totaliter, et in effectu,
iam exoluit, et ad manus eius consignauit. ratione cuius satisfa:
ctionis, et solutionis praedictus Ioannes Goszki, ipsum Sbigne:
um Szieniczki, de suprascripta quingentorum florenorum suma,
quietauit, absoluit, ac liberum fecit, litterasque inscriptionis, eiusque
summe, et obligationis, super villa Strachoczin, vt praemissum
est facte, cassauit, et mortificauit, ac cassat, et mortificat per pre:
sentes. promittendo, et se inscribendo, quod nunquam amplius petet,
aut exiget, quouis modo, vel praetextu, praedictos quingentos, flo:
renos sibi solutos, a praenominato Sbigneo Szieniczki, vel ab
eius legittimis, haeredibus, et successoribus praefate ville Stracho:
czin possesoribus, pro tempore existentibus. quod si vnquam ipse
Joannes Goszki post datam praesentium litterarum, aliquas quas:
cunque litteras, seu scripturas, quarum vigore ipsos quingentos flo:
renos praedictos, repetere posset, a praenominato Sbigneo Szieni:
czki, vel eius successoribus, in quocunque iuditio exhibuerit, aut

ipsius successores exhibuerint, seu produxerint, debent haberi pro non exhibitis et non productis, illisque renunctiat, ac pro cassatis, et mortificatis habere vult, prout eas generaliter vniuersas, et singulariter singulas cassat, mortificat, et in nihilum redigit. Harum testimonio litterarum, quibus sigillum nostrum est apensum. Actum, et datum Cracouie, feria sexta proxima, ante dominicam Iudica. Anno domini. M. D. XXXII. Regni nostri Anno. XXVI.

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Andree de Tanczin Palatino Cracc.

Magce domine, frater, et amice charme, ac honorande. Decessit nuper e viuis sacerdos quidam e numero mansionariorum in Sedamothuli, qui etiam altaris, nescio cuius parui atque exilis, fruebatur reditibus; quorum tamen sacerdotiorum collatio, iure tutellæ, quam in pupillis illius oppidi hæredibus obtinemus, ad Magciam vram, et me coniunctim pertinet. quare ego offitii mei memor, et ne ordo, vel cura illius templi, in aliquo deseratur sufficiendum tempori duxi alterum in locum demortui. deliberamique ad mansionariæ, et altaris vacantis munus, presentare sacerdotem quendam, seruitorem, domini olim Castell Gnesnen, virum a probitate mihi comendatum, et illic morantem. cui vt integrum ius possit esse, aprehendende possessionis, eorundem Sacerdotiorum vacantium. Magnificentiam vram rogo, vt illi pro tutellari sua potestate et iure, assensum in hoc præbeat, et sigillum suum ad hanc membranam quam mitto aplicari faciat. factura rem. et offitio suo dignam, et illi templo, magnopere vtilem, et necessariam. Comendo me plurimum Magciæ vræ, quam fælicem, et optime semper incolumem esse, vehementer desidero. Datum.

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Seuerino Boner Burgrabio Zupario,
et magno Procuratori Cracouien.

Generose domine amice noster charme. quaestus est nobis cocus, hic seruitor noster, iniuriam sibi fieri, a ciuibus suis, in Cleparz. Mensores enim arearum constitutos, dicit sibi in emetiendo conari adimere non modicam areae ad se iuste et legittime pertinentis partem. quod, cum iniquum esset, in quemuis vel vilissimum et contemnendum cōmitti, certe huic homini, et seruitori nostro inferri indignum nos arbitramur. quare rogamus vos plurimum, vt in iusta causa, eundem seruitorem nostrum adiuuetis, et ad locum illum, vbi est illius area descendatis, vel aliquem nomine vestro mittatis, vt cognosci, et apparere possit, quo termino area eius nostri seruitoris circumscribi iuste debeat, facietis enim rem offitio et aequitate vra dignam, nobis vero supra modum gratam. Bene et faeliciter valeatis, cum omnibus his quos charmos habetis. Datum

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie

Sacra Regia Mtas, et domine, domine clementissime. Post humilem seruitutis, et orationum mearum comendationem, Non dubito satis esse cognitum Mti vrē Serme. quàm grauia damna ex inundatione aquarum susceperint aestate praeterita, plurimi

hic circa Cracouiam incolæ, et subditi Mtis vræ Sermæ. Inter quos etiam dominus Abbas claræ tumbe, non minore est affectus incommodo, presertim, quod etiam per incendium ædes quæ plurime Cracouie sint illi absumpte, ex quibus amplos quotannis redditus capere solebat. et is quidem duplici hac calamitate aflictus, implorat Mtis vræ Sermæ clementiam. et ego cum illius, tum meo quoque nomine Mtem vram Sermam rogo. vt illi ex pensione stationis, quam in annos singulos pendere consueuit, condonare et remittere aliquid Mtas vra dignetur, quod ille Mti vræ Sermæ omni offitiorum genere, et salutaribus præcationibus optime mereri studebit, et ego seruituti mea referam acceptum, quam quidem seruitutem, iterum atque iterum Mti vræ Sermæ plurimum commendo, et illam fælicissimam esse, optimeque cum liberis, et Serma coniuge, incolumem vehementer desidero. Datum Cracouie.

P. Tomiczki eps Cracc. vicecancell.
Caspari Vrsino Consuli Cracc. et magistro monete regie.

Famate domine, amice noster dilecte. Exposuit nobis Adam ciuis, et subditus noster Ilsensis, vita functum esse nuper fratrem suum, in ædibus vris, ex nomine Stanislaum Calka ciuem, et braseatorem Crac, cuius hæreditatem, quæ ad se legittimo iure peruenire debet, dicit errore quodam assignatam et relictam esse nepoti ipsius defuncti ex filia, Cum enim testamentum conderet idem defunctus, credebat hunc fratrem suum adamum (quoniam ita falso audierat) in viuis non esse, et ita nepotem sibi hæredem, inofitiose instituit, que institutio cum iure vro Maydeburgen propter errorem hunc, et quia etiam solennitas testamentaria, ad:

hibita non est, subsistere nequaquam potest. Rogamus vos plurimum, vt Ciuis, et subditi nostri æquitati faueatis, et illius causam, ita adiuuetis, vt ille, et nostram comendationem sibi adiumento fuisse, et vram æquitatem in nullo defuisse cognoscat. quo rem in primis æquam facietis, et nobis etiam non vulgariter gratam. Optime valeatis, et sitis incolumis et fælix. Datum in Bodzanczin.

Petrus Tomiczki Eps. C. Vicecancell
Proconsulibus et Consulibus Crac.

Spectabiles, et famati domini, amici nostri dilecti. Adam Ciuis et subditus noster Ilstensis exposuit nobis nuper morte sublatum esse Stanislaum Calka germanum suum, ciuem vrum, et brascatorem Crac. in ædibus domini Gasparis vrsini. Cumq dixit propterea inofficiose testatum esse. quod falso de se fratre germano mortuo audiens, crederet agnatum sibi deesse hæredem, et propterea nepotem ex filia. quamuis et id præter omnem testamentariam solennitatem, instituisse sibi hæredem. quod cum sciret ipse, et suo magno præiuditio, et contra ius vrum Maydemburgen. factum esse, repetendam sibi duxit esse hæreditatem hanc legittimo sibi iure debitam. In quo cum etiam sibi persuaderet comendationem nostram, apud vos se multum adiuuare posse. Rogauit nos, vt his litteris nostris causam suam comendaremus. quod quidem nos, quia et ciuis, ac subditus nr est, et æquam causam vti asserit habet, libenter, et grato animo fecimus. quare plurimum vos rogamus, vt pro offitio, et æquitate vra, in causa ea, iustitiam illi administretis. et si id celerrime prestabitis, vno negotio effici:

etis, vt et ille cognoscat comendationem nram, non vulgarem fuisse, et nos vos nostri amicissimos, et nostri studiosos existimemus. Vobis autem praeterea magnae laudis, et honoris erit hominis aequitatem vra iustitia promouisse. Valete faelices, et optime incolumes omnes. Datu

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancell
Joanni de Tarnow Palatino Russie et
exercituum regni Polo^e. duci. Sandomirien
Capitaneo.

Magnifice domine frater, et consanguinee char^me ac honoran^e. nobilis wladislaus Miloshewski habet actionem, cu quibusdam nobilibus aduersariis suis, coram iuditio Castren Sandomirien, quem propter filiu suu. quem in seruitio nro continuo fouemus, charu. et comendatu habemus, et ideo vram Mag^ciam rogam^9 dignetur eundem wladislau. sibi habere comendatu, et efficere vt ipse in iuditio vrae Mag^cie, cum aduersariis suis praedictis iusticiam suam consequi possit. paenas vero. si quas per negligentiam incurrit, aut in illis condemnatus est, rogamus vram Mag^ciam. vt ei condonare, et ab ipsis illum absoluere velit, quo faciet nobis vra Mag^cia, rem gratam, quam illi vicissim gratificatione nra, et omnibus amicitiae offitiis, referre studebimus, et cupimus illam felicis^me, et diutissime valere. Datu in Bodzanczin feria sexta proxima, post festu s. Joannis Baptistae. Anno d. M^o D^o. XXVIII°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Gize Canonico Varmiensi

Venerabilis domine, frater in Christo, Charme. Albertus Kyjowski, Regie, et nre Cancellarie scriba, in ista prouintia nobilibus parentibus natus, de nobisq bene semper meritus, quesiuit partim opera nra, partim Mtis Regie comendatione, ius seu priuilegiu sumi pontificis, quā nunc graciam reseruatoriam vocant, assequendi quamcumq dignitatem, vel canonicatum, siue prebendam, in Ecclesia Varmien. is cu non dubitauerit, isthic sub absentia sua, istius spei sue, et expectationis quesite, curam custodiamq vobis comittere: Rogamus vos plurimu, vt eius rei sue curam suscipiatis, sitisq ei fauens et amicus curator in omnibus, que sibi opus sunt futura. In quo nobis rem gratam facietis, et illu nobis deuincietis plurimu, Bene valeatis, sitisq fœlix. Datu.

Mage domine, amice mihi Charme. retulit mihi Bernardus Maczieiowski, seruitor meus, d. vram plurimu laborare, in assequendo iure hæreditario, a propinquis vxoris sue. quod ipse ius quoq ab eisdem propinquis habere studet. que res

quia iam illi magis attinere mihi videtur, quàm cuipiam alteri, qui et vxorem habet, et bona ex quibus eximi per agnatos deberet. D. vram plurimu rogo, vt illi hoc liberum faciat, et non impediat amplius, quominus sibi a propinquis ius haereditariu iusto pretio vendi possit. faciet rem probitate, et aequitate sua dignam, et nobis vehementer grata, et que etiam gratificatione, et benevolentia vra, illi accepta relata quandoq esse poterit. Nolui ad Regnalem Mtem quicqua in hoc negotio scribere. Cuius litteras hiem comendationem d. vre scriptas esse scribamus. quia confidebam ipsam d. vram, sponte sua, hoc quod ego peto, et quod est maxime aequu facturam. Cupio faelicem esse Magciam vram, et optime incolumem. Datu

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Regia Mtas, et domine domine clementssme. post humile seruitutis, et orationu mearu comendationem. vadit is nobilis Stanislaus przerowski isthuc ad Mtem vram, cu graui iniurie sue expostulatione, quam ab illis accepisse se dicit, quibus Mtas vra redemptionem bonoru suoru Regaliu ab illo concessit, illi namq possessione bonoru, ex consensu Mtis vre accepta, et vsufructu eum spoliarunt omni, et pecuniam, que illi debebatur non exoluerunt, ita miser bonis ademptis, sua quoq capitali summa carere cogitur. hunc, quia iure obsecrauit ego diligenter Mti vre Sermae comendo, et rogo, vt illi comissionis litteras, ad eius causam dignoscendam, dari iubeat, vt

vel ius suu in bonis Mtis vrae obtinere, vel pecuniam iu:
ste ad se pertinentem recuperare possit. quo et illi misero, no
vulgariter subuenire Mtas vra Serma, et sibi laudem pieta:
tis, et aequitatis magnu nomen, et gloriam comparabit. Cui
ego me, et seruitutem meam, rursus supliciter comendo. vale:
req illam, cum suis omnibus desidero. Datu.

P. Tomicski. Eps Cracc. Vicecan.,
Joanni Choiensi Archidiacono Crac.
Secretario Regio

Venerabilis domine frater, in Christo charme. Js nobilis Stani:
slaus Przewski, qui vobis nras reddet litteras. queri vult apud
Mtem Regiam de iniuria sibi illata ab ijs, quibus Mtas sua
bona sua Regia, a se redimendi consensus lras dare dignata
est. Namq et bonis illum exuerunt, et pepulerunt, et pecunia
que ad eum bonis ademptis pertinere debuerat, sibi non resti:
tuerunt. quem nos, quia ob causae sue aequitatem Mti sue cupi:
mus esse comendatum, vos plurimu rogamus, vt ipsius causam
tuendam istic suscipiatis, et comissionem illi impetretis, in per:
sonam Magnifici d. Marsalci curie, et dominoru Judicis et
subiudicis Crac., cum clausula vnius absentia non obstante.
Aequu est enim, vt vel restituatur ad possessionem bonoru,
vel si inde exigitur, pecunia sibi numeretur sua. laborauimus
et tractauimus, cum dominis Masouiensibus, cum summa di:
ligentia per multos dies, nihil tamen proficere potuimus.
nolunt enim accedere ad aequanimitatem oneru Regni, nisi agri
sui, quos longe minores, quam nros esse dicunt, illis dimetian:
tur. quod quia nobis, nec solum difficile, sed etiam prope im:
possibile esse videbatur. cum non aequales etiam sint agri, seu

mansi, vbiq in Regno petitionibus illoru, nequaquam annue:
re potuimus. Et proinde multu dubitamus, si nostri domi:
ni, absq ipsis Masouiensibus, volent aliquid de comuni Regni
defensione tractare, et statuere. quomodocunq tamen res ca:
det, breui. et Mti Regie, et vobis perscribemus. Cupimus vos
bene, et feliciter valere. Datu.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Bernardo Macieiowski Judici San:
domirien et Referendario Regio.

Generose domine amice char.me. Cum fecisset nos certiores. Magni:
ficus dominus Christoforus Schidlowiecz Castellanus Cracouien, q vos non solueritis cen:
sum. quem pro septingentis florenis in moneta. in bonis vris,
emimus, et ad munitionem oppidi lukow conuertimus ad tempus,
Puduit nos plurimu, q aliter res cesserit, q nos domino Castel:
lano Crac. futurum pollicebamur, et proinde scripseramus
vobis declarantes, quam graui animo tulimus, non solutum esse
per vos eundem censum debitu. Cum autem illum, prout scri:
psistis, iam soluistis, non habemus vlterius causam expostulan:
di vobiscum. quinetiam grato animo suscipimus, q debito vro
satisfecistis. quamuis enim res nras proprias, non satis dili:
genter curare soleamus, nollemus tamen in rebus alienis, et quę
fidei nrę credite sunt, negligentes videri. Decimas nras quas
vobis annis superioribus, in tra lublinen dare consueuimus
anno etiam presenti dari vobis iussimus. Sciatis vero, q officia:
les nri, ęstimant easdem decimas, ad quatuordecim Marcas
peccuniaru, et ita ponunt eas nobis in ratione et calculo. Bene
valete. Datu Cracouię. feria quinta. ante diem s. Petri. ad
vincula. Anno d. M. D. XX. IX.

P. Tomicski Eps Cracc. Viceecancell.
Christofero de Schidlowiecz Castell.
Cracc. Regni Poloniae Cancellario.

Magce domine, domine, et amice honorandissime. Venit huc ad me plebanus Sbuczinen. et questus est mihi de vicecapitaneo Lukowien. servitore Magciae vrae, quod illum ad exaedificandum sumptu suo vnum in Ciuitate Lukowien. propugnaculum imperio adigat, inquiens se illi intercepturum esse decimas, ni id faciat, quae res noua quidem, et hactenus inaudita mihi videbatur, sed quam tamen nunquam crediderim, ex scientia vel voluntate Magciae vrae proficisci, namque satis scio illam, pro summa sua prudentia, in immunitate sua quamque conseruare solere, presertim vero eos, qui ad iurisditionem meam pertinent. quare summo studio Magciam vram rogo, vt seruitorem suum, iussu et mandato suo, ab eiusmodi iniuria contineat, imperetque illi, vt homines dei seruitio, et religionis misteriis addictos in quiete et imunitate sua permanere paciatur, in quo faciet M. vra, rem dignam laude et honore suo, michi vero magnopere gratam, Comendo me amori, et beneuolentiae frne Magciae vrae, quam cupio felicissimam esse, et diu cum suis omnibus sospitem ac incolumem. Datum Cracouiae die ascensionis dni. Anno M°. D°. xx°. ix°.

Sigismundus primus rex Polonie
Duci Opoliensi.

Illris princeps, et domine, affinis nr charme. Ioannes Vieliczka subditus nr, habuit isthic auunculu plebanum, in antiqua Kozel, in ducatu illtis vre, post cuius mortem, quia intellexit, multa esse derelicta, que si testamentu defunctus condidisset, sibi credit legata fore, peciit a nobis vt illius personam Mti vre comendaremus. quod cum nobis subdito illi negare non licuit, comendamus eum Mti vre, et simul postulamus ab illa, vt authoritate sua illi adesse velit, in his que aequa, et honesta ratione postulare voluerit. in quo illtas vra rem nobis gratam, et offitio suo dignam faciet. que bene valeat. Datu Cracouie. die dominico proximo, ante festu s. Petri ad vincula. Anno d. Mo. Do. xxx.i. Regni nri. xxvto.

Mce domine, et domine Amice honoranme. Scripsit Regia Mtas, scripsi et ego litteras, ad Sermu d. Hungarie Regem, in comendationem negocii, quod galeatius barbitonsor, et seruitor meus. ratione cuiusdam domus, apud Mtem suam isthic habiturus est quare Magciam vram rogo, vt mea causa illum patrocinio suo isthic vbi opus erit, adiuuare velit. id enim ego vicissim M. vre, beneuolentia fraterna, et amicis offitiis referre semper curabo Cuius amori, et beneuolentie me commendo faelicemqz esse sa:

nam saluam, et incolumem vehementer desidero. Datu

P. Tomicki Eps Crac. vicecancell.
Ludomico Regi Hungarie.

Sacra Regia Mtas, et domine domine clementmē. Post humilem seruitutis, et orationum mearu comendationem. Mtas domini mei, dignata est litteris suis Regiis comedare. Mti vrē Sermē, negotium Galeatii barbitonsoris et seruitoris mei quod de proprietate cuiusdam domus isthic se habere dicit. in quo negotio, etsi ego nihil dubitem, vel me tacente profuturam illi hanc Mtis sue comendationem apud Mtem vram Sermam, ne tamen et ego diffidere videar, in illius erga me clementia, suplico illi quoq presentibus, vt prenominatu seruitorem meum, clementer audire et exaudire in his que de proprietate domus ad se pertinentis exponet, vtq illum authoritate et iustitia sua Regia, tueri et defendere contra occupatores dignetur, pro sua Regia in me liberalitate et clementia, quam clementiam ego perpetua seruitute, et obsequentissimis offitiis bene mereri Mti vrē Sermē curabo. Comendo me rursus seruitutemq meam Mti vrā, Sermē. quam et felicissimam esse semper, et optime salua vehementer opto.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Laurentio Prasszmowski Castell^o Cirnensi.

Magnifice domine, amice char.^me. questus est hic nobis goli hospes noster, de quibusdam vicinis et ciuibus suis, qui vulgo Czupkowie appellantur, quod fratrem suum germanum, multis grauissimis vulneribus affecerunt, et mancum, ac penitus inualidum reddiderunt, immemores vadii, inter se et illos interpositi. rogauitque nos idem goli, vt tam acerbum fratris sui casum, vrae M. comendaremus, id quod nos, non grauatim facturos nos polliciti sumus. Rogamusque vram M. operam suam facere velit, vt tam atrox et audax facinus, non transeat impunitum. ideo enim hoc aeuo nro, multa mala passim comittuntur, quia scelera non castigantur. faciet in hoc vra M. rem se et offitio suo dignam, et nobis singulariter gratam. Valeat felix, vra M. et nos diligat. Ex Varka.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Regia Mtas, domine, et domine clemen.^me. Post humilem seruitutis, et orationum mearum comendationem/ questa est hic coram me Ruczka, pauper vidua, de ciuibus Varschouien, quod ab illis preter omne ius et fas, magnis iniuriis sit affecta, Mittitque propterea isthuc, hunc filium suum, vt easdem suas iniurias, Mti vrae exponat. quem ego comendo singulariter Mti.

vre. rogoq; illam enixe, vt audita eius querela, quam coram illa est facturus, modum aliquem iustu inuenire dignetur. quo mater ipsius prædicta, iustitiam sibi debitam consequi possit. quo faciet Mtas vra, rem se suaq; excellenti virtute, et benignitate dignam, et mihi capellano suo admodum gratam. Dominus deus seruet quã diutissime Mtem vram, cum suis omnibus sospitem et felicem. Cui me rursus suppliciter cõmendo. Datu Varschouiæ.
Illustri duci Prussie

Sigismundus primus rex Polonie
Ferdinando Hungarie et Bohemie
regi.

Ser.me princeps et domine. Declarauit nobis nobilis I. N. subditus Mtis vræ Ser.mæ de ducatu Ratiborien. relictam esse, in rebus post mortem Ill.tris principis, domini Ioannis ducis opolien. derelictis obligationem a se super octingentos plus minus florenos in mutuu acceptos factam, quæ tamen a multo iam tempore restitui sibi propterea debuerat, quod et pecunia a prædicto domino duce mutuo illi data, verbo in presentia fide dignorum hominu fuerat illi remissa et condonata, sicut hoc ipse explicatius Mti vræ Ser.mæ coram etiam declarabit. petiitq; a nobis, vt de restituenda, vel cassanda obligatione, apud Mtem vram intercederemus. Sed nos ignari quid hac in re ius vel honestas isthic suadeat, nominatim nihil a Mte vra postulamus. Saltem pro ea pietate, quam libenter confugientibus impartimur. Mtem vram Ser.mam rogamus. vt hunc subditum suum, cum toto negotio habere velit comendatu. et pro nostra intercessione illud quod æquu et iustum visum fuerit illius desiderio, et petitioni concedere. id enim nos vicissim omni

studio, et pari gratitudinis offitio. M^ti v^re Ser^me referre curabimus. cuius amori, et beneuolentie nos comendamus, et optamus ex animo, vt christus dominus M^tem v^ram Ser^ma diu sanam, et semper felicissimam seruare dignetur. Datu.

P. Tomiczki ep^s Cracc. vicecancell.
Alberto duci Prussie.

Ill^me princeps. domine domine honoran^me. Etsi sciam meam intercessionem, nihil addere posse comendationi. Ser^me M^tis Regie. domini mei clemen^mi, quam pro domino Petro de done, apud Ill^mam d. v^ram per litteras facit, ne tamen operam mea qua poposcerunt amicis negare velle videar, Ill^mam d. v^ram, plurimum, et quantum in me est rogo, velit petitioni, quam pro priuilegiis super bona sibi concessa. d. petrus predictus. ap^d Ill^mam d. v^ram facturus est, graciose assentiri. et quod sine incommodo Ill^ris d. v^re fieri potest concedere. Nam in hoc Ill^tas v^ra, rem gratam M^ti domini mei faciet, et quam vicissim ego cu amicis d^ni Petri de done. illi bene mereri semper curabo. Cui iterum me, et offitia mea diligenter comendo, et felicissima illam esse, atq semper cum omnibus salua et incolumem. vehementer opto.

7 II 1532

Petrus Tomiczki ep^s Cracc. Vicecancell
Chr^fero Ssidlowicio Castell Cracc. Cancell^o

Magnifice domine, domine, et amice honoran^mi puto non latere Mag^ciam v^ram, quo pacto superioribus temporibus fuerit,

questus d. Nicolaus Bedlenski scolasticus Ecclesiae meae Crac. de
ocupata, a ciuibus vislicienisbus magna parte areae suae, qua
ipse in illa Ciuitate iure Cantoriae Ecclesiae vislicien possidet.
de qua quidem area, quia et nunc idem queritur, quod. s. non
possit aedifitiu, quod illic facere constituit, propter istam partis areae
occupationem, inchoare: Magciam vram plurimu rogo, vt
pro offitio, et aequitate sua singulari circumspici faciat, et
inquiri ab hominibus fide dignis quid a quo fuerit in area
praenominata occupatu. et post modum quod cui iuste debetur
adiudicare, et iubere liberum esse. in quo faciet Mta vra, rem
se, et aequitate sua dignam, et mihi vehementer gratam, quam
q vicissim illi pari offitio, et diligentia amica referre curabo.
Comendo me amori, et beneuolentiae frnae Magciae vrae. quam
falicissimam esse. et cum suis omnibus diu sospitem ac inco:
lumem, vehementer desidero. Datu Cracouiae.

P. Tomiczki Eps Crac Vicecancell
Ioanni Choienski Archidiac Crac
Secretario regio

Venerabilis domine, frater in Christo charmi. Mortuo his
diebus domino Nicolao Philipowski. rogante quoque nos domino Ni:
colao Czikowski. Castellano Sandecensi, Suplicauimus Mti
Regiae per litteras, vt illi pensionem stationis, quae nunc per
obitum D. Philipowski, Scarbimiriae vacat, vel ad vitam,
vel quamdiu non sit, in aliquam aliam dignitatem subla:
tus, dare et concedere dignaretur. nam ex Castellanatu
Sandecen emolumentum capit penitus nullum. et ad onus
tamen omne publicum obeundum existit obligatus. hanc

causam etiam vobis singulariter comendamus, et rogamus vos, vt quantum in vobis est, opera illam vra, apud Mtem suam adiuuetis, facietis nobis rem gratissimam, et quam vicissim beneuolentia, et gratificatione vra, vobis referre curabimus. faelicissime valeatis. Datu Cracouie.

Petrus
Sigismundus .I. Rex Polonie
Abbati Ragadiensi

Venerabilis, et religiose pater deuote nobis dilecte. Nicolaus Grosch. Ciuis Crac. et subditus nr, hinc ab aliquo supra tempore Venetias proficiscens. centum aureos amiserat, seu potius in hospitio reliquerat per obliuionem, et ob nimiu metum Thurcoru. qui tum ad oppugnandam Viennam veniebant quos subditus deuotionis tuae. se reperisse testamento fassus est, et restitui peciit; ad quam peccuniae suma, tanquam ex legato repetendam ante isthuc subditus nr mittat, et sciat illam apud tuam deuotionem esse. illam hortamur et requirimus, vt id quod eius subditus reperisse se fassus est, et nr perdidit, reddi, et restitui faciat. rem et nobis gratam, et suo offitio ac professione dignam. deuotio t. factura Datu Crac. vltima februarii. 1.5 3 2.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Proconsulibus et Consulibus ciuitatis
Vratislauien.

Spectabiles et famati domini amici char.mi. Negotiu quod nobis d. vrae per litteras comendarant, promouimus apud Mtem Regiam diligenter, et effecimus cura ac opera nra, ne quid aliud quàm quod dignitatis d. vraru, et iustitia vtriusq partis postularet statueretur, sicuti id ex verbis concuius sui et d. Doctoris sindici planius cognoscent. Si quid vero et deinceps se obtulerit, quod nra opera subleuari in fauorem d. vrarum possit, dabimus operam, ne quid d. vris apud nos desyderandum relinquatur. quas et felices semper, et diu sanas omnes esse ex animo optamus. Datu.

Petrus Tomiczki Eps Cracc.
Regni Poloniae vicecancell.

Bonae Reginae Poloniae.

Sacra Rlis Mtas, et domina domina clementissima. Post humilem seruitutis, et oronu mearu comendationem. Immortales ago, et habeo Mti vrae Ser.mae gracias, q alteri fratri meo superstiti duaru praefecturaru, quas defunctus obtinuit administrationem apud Mtem Regiam dignata impetrare, ex quibus non tantu ego specto honorem et emolumentu: si quod inde fratri meo prouenire possit, quantum quero et opto, vt offitiis probae administrationis suae ipse et seruitus eius grata esse possit vrae Serme Mti, vtq

comes, et adiutor fiat mearu in repub: actionu, et in negotiis Mtis Regiae procurandis. Et equidem hanc Mtis vrae pietatem, in me et in fratrem declaratam, vterq nostru diligentissima seruitute, et fida obseruantia optime mereri curabimus Mti vrae. Cui nos, et omnia nra, etiam atq etia comendamus, felicissimamq esse Mtem vram, et cum Ser.ma coniuge et liberis sospitem, et incolumem, in multa tempora vehementer exoptamus. Datu.

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Alberto duci Prussiae

Ill.me princeps, et domine domine honoran.me. Post offitii obseruantiaeq meae comendationem. Cum venisset huc ad id tempus, d. Gregorius oborniczki amicus meus, retulit mihi emisse se nonnulla bona, in ditione illtis vrae, quae ad praestanda publica munera illi pro iure istius dominii sunt obligata, ad quae quidem bona, quia ex illius loci consuetudine peculiaris ista quoq praestatio pertinet, vt ex suma in contractu expressa, decimus quisq numus illti vrae dependat. Quod iam idem d. Gregorius amicus meus, qui bona possidet praestare tenebitur. Illtem vram plurimu rogo, vt illum liberum et immunem, ab hac prestatione facere dignetur, ne in initio quesiti apud illtem vram domicilii multu oneretur. namq benignitate ista vrae illtis, et caeteri insignes viri, ad vrae illtis subiectionem inuitabuntur. et ego si quid impetrauero cum amico meo, omnibus offitiis et obseruantiae studio, bene mereri illti vrae curabimus. Cui ego me, et obseruantiam meam rursus comendo, felicissimamq esse vram Illtem et q.

diutissime incolumem vehementer desidero Datu.

P. Tomiczki eps Crac. vicecancell.
Sigismundo primo Regi Polonie.

Sacra Regia Mtas, et domine dne clementissime. Post humilem seruitutis, et orationu mearu comendationem. Cum missurus esset, ad Mtem vram d. Stanislaus Mieliczki Castellanus Zawichosten. cum decreto comissarioru, quos illi ad distinguendos cum bonis suis limites. Mtas vra decernere et assignare dignata est, magnopere me rogauit, vt precibus et comendatione mea illi apud Mtem vram adessem, quo illud ipsum comissarioru decretum aprobare, et confirmare dignaretur. ego autem tametsi nesciam, inter que bona Mtis vre. hi ipsi limites facti sint. recto tamen mihi persuadens Mtem vram, hoc sponte sua esse facturam, et vt illi satisfactu esse a me possit Mti vre suplico, vt confirmare hoc decretum comissarioru pranominatu, et cum illius desideriu, tum et comendationem hanc meam, inanem esse non sinere dignetur. quod ego vna cum ipso domino Mieliczki Mti vre sedulitate mea, et diligentissimis obsequiis bene mereri curabo. Cuius gracie me. et seruitutem meam, rursus suppliciter comendo, et felicissimam esse, atq in plurimos annos cum Serma coniuge et liberis suis incolumem vehementer desidero. Datu.

P. Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Petro Gorski Castellano Naclen. et
Capitaneo wschowien.

Generose domine amice et patrue char.^me. Intelleximus fratrem vrm, d. Archidiaconu Posnanien. et ecclesiae nrae Crac. Canonicu, eo instituto isthuc se transtulisse, q amplius aulae persequi offitia nollet, ad quae sumptus iam illi plane non sufficiant. qua re adducimur vt credamus illum de hoc quoq Canonicatu in Ecclesia nra, retinendo parum curae habere velle. quoniam vero ex contrario R.^mus dominus Ioannes Carnkowski Episcopus Premislien. et ad Cuiavien Ecclesiam, et episcopatu designatus et nominatus. cui epatu collato Mtas Ra praepossituram, et alia sacerdotia omnia hic ademit, plurimum laboret de aquirendo aliquo Canonicatu, et prebenda Ecclie nrae Crac, pro se, aut suo quopiam consanguineo, et a nobis in ea re consilio auxilioq se adiuuari postulauit plurimum vos rogamus, vt persuasione fratris animum ita disponere velitis, vt contentatione apud Ecclesiam wladislavien. et in decimis mense illius Epatus honesta accepta, Canonicatum in hac Ecclesia nra, illi fauere non recuset. in quo non minus nobis, qua ipsi R.^mo domino Episcopo Cuiavien. designato rem gratam facietis, quam vobis nos vicissim gratificatione, et beneuolentia nostra referre curabimus. Bene valete, et sitis semper salui, et incolumes. Datu. Crac. xvi. Junii. Anno. 1581.

P. Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Stanislao Srzeniawa wladario
nostro Sandecensi.

Generose grate nobis dilecte. Coniunx domini olim Ioannis pieniasek iudicis Crac. rogauit nos, vt ei decimas nras manipulares, quas marito eius donabamus vendi faceremus precio consueto, quo prius vendebantur et aestimabantur. Nos nollemus detrahi quicquam prouentibus nostris, nollemus etiam, vt decimae nrae venderentur aliter quam iusto precio. Na cum nos alicui ex gracia aliquam decimam nram minori precio, q illius valor sit vendi mandamus. ille vult postea, vt ei semper hoc precio, et non maiori vendatur, allegans vendendi consuetudinem, sicq quod nos facimus ex gracia homines pro iure vsurpare sibi contendunt. qua de re mandam9 tibi, vt vendas decimas nras, non secundum regestra, sed secundum earum verū valorem. dominam tamen pieniaskowa, cum emere a te voluerit decimas nras, ex bonis eius, et puerorum ipsius prouenientes. non nimiū graues, nec pretiū immodicum ab ea petas, vt senciat in hoc gram nram. Ceterū donauimus ad annum presentem Stanislao pieniasek tenutario Grebouien. decimas nras peccuniarias, in villis Slothcowa, biala superior, byala inferior, grodek, et kunczlowa, volumusq, vt tu eas illi exigere, et percipere permittas ad annum presentem. de quibus te pntibus quietamus. Datū Crac. die v. Augusti. M D. xxxii.

N

P. Tomiczki eps Cracc. vicecancell.
Jacobo Campa Ciui et mercatori
Gedanensi.

Famate domine. Amice nr charmi. Parentes et cognati istuis adolescentis, semper nobis erant chari, et familiares. ob quoru merita, et familiaritatem, ille est nobis etiam gratus, et non pridem notus. is cum esset pertesus domesticae vitae, cuperetqz noua aliqua rerum experientia iuuentutem suam exornare, ad vos isthuc peregrinatum se contulit. Credens autem nra comendatione se isthic fore non vulgariter gratu, peciit a nobis sibi dari, ad quempiam amicu nrum, comendatitias lras, quod quidem cum nos illi libenter detulimus, vos ad eam rem precipuu amicum delegimus, a quo id petamus. rogamus itaqz vos, vt nra causa eundem adolescentem, in seruitorem suscipiatis, et foueatis, vel alicuius alterius mercatoris, et ciuis vri seruitio addicatis. et comendetis opera et comendatione vra quod, et ille vobis post hac optime merebitur, et nos gratificatione nra referemus. optime et faelix valeatis nri memor. Datu

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Regia Mtas domine et domine clemenmi. Post humilem seruitutis, et orationu mearu comendationem. Cum questi essent Mti vrae ciues leopolien. quod Judei in suburbio manentes, mercarentur omni genere merciu, contra litteras, et priuilegia

sibi, et ciuitati Leopolien concessa. Mtas vra, visis hisdem priuilegiis, decernere dignata est, vt Iudei in suburbio ciuitatis Leopolien manentes infra duos annos, domos suas, quas illic haberent, diuenderent, et alio comigrarent. si tamen interim concordiam aliquam cum ciuibus ipsis inire possent, vt illi sub aliquibus conditionibus pati illos secum vellent, id arbitrio eorundem ciuium permisit Mtas vra. Cum autem tentassent Iudei inire cum ipsis aliquam rationem concordiae, et ar.los multos proposuissent vtiles comuni bono illius ciuitis. ipsi ciues omnes reiecerunt, et a decreto Mtis vrae pro se lato discedere noluerunt. quare miseri Iudei mittunt, ad Mtem vram petitum, vt illos conseruare adhuc in domibus suis Mtas vra dignaretur. et vbiqz q[ue]rl locorum fiunt magnae querelae contra Iudeos, qui vtilites, et victu quotidianu hominibus Chrianis praeripere solent. poterit tamen sacra Mtas vra conseruare adhuc Iudeos Leopolien suburbanos in domibus suis ad tempus, et interim invenire modum aliquem, quo illi citra incomodum, et dispendiu ciuitis Leopolien, manere illic possint. quod vt facere velit Sacra Mtas vra, plurimu illam rogo, eidemqz me rursus suppliciter comendo. valereqz illam, cum suis omnibus felime desidero. Datu Cracouiae.

P. Tomiczki. Eps. Cracc. vicecancell.

Nicolao Bedlienski Scholastico Vicario Cracc.

Venerabilis domine, frater in Christo char.me. Narrauit nobis d. Jsdbienski, quanto desiderio cupiatis, vt testamentu domini olim Doctoris Salomonis, in executionem poni possit. nos cum scripsissetis nobis de hoc ipso testamento, et exemplu illius ad nos missi

N

setis, loquuti sumus Piotrkouiæ, cum dominis Nicolao glynski, et Joanne Morstin, et iniuriam eidem olim doctori Salomoni illatam, atq improbitatem aduocati, et Scabinorum, qui ad illum vocati, et rogati venire noluerunt, apud illos expostulauimus. qui riderunt ipsum olim Salomonem, non recte in hoc rebus suis consuluisse, q negligentiam seu potius malitiam aduocati ad proconsulem e vestigio non retulerit. haud dubie enim, ille coegisset eum id facere, et exequi, quod erat sui offitii, vtcunq non putent transitum ipsius aduocati et Scabinorum ad illum aliquid ei commodare potuisse. dicunt enim, q secundum ius eorum ciuile nemo potest, in testamento quantumcunq offitioso, bona ad se, ex successione prna deuoluta, transfundere in quempiam extraneum, et a consanguineis suis alienare, bona quidem sua industria, et labore proprio quesita, posse quemlibet dare, donare in testamento pro libito suo, prna vero, et ad se a maioribus suis deuoluta minime. quod si ita est, non intelligimus, qd testamentum eiusdem Doctoris Salomonis possit subsistere, aut etiam per Mtem Regiam confirmari, presertim quo ad imobilia. partim quia non est factum coram offitio ciuili, partim quia de bonis prnis, nemo (vt isti dicunt) de iure Saxonum testari potest. quare queratis consilia a peritis iuris Magdeburgen, si quo modo possit seruari in robore suo, hoc ipsum testamentum. quicquid enim nos ad illud stabiliendum iure facere poterimus, omnem curam et operam nram non grauatim impendemus. Miramur plurimum, q magister benedictus architectus, et magister murorum Regiorum, non probat nunc fixionem palorum, ad fundamentum coquinæ nræ magis fulciendum. Meminimus enim et vos nobis scripsisse, et doctorem borgk retulisse, q ipse mgr benedictus consuleret, vt pali vlmei exciderentur in sylvis quos figere vellet, in fundamentum eiusdem coquinæ nræ, ob eamq causam nos palos excidi iussimus, et non dubitamus q dominus dluski, breui illos mittet, istuc per fluuium vistu:

lam . quare rogamus vos constituatis cum eodem benedicto, quo: nam modo o firmare voluerit, eam ipsam coquinam nram, ne p[ra]escissa corruat, et inueniatis cum eo aliquod solidum consilium super aedificanda melius, et stabilius eadem coquina nra, ne perdamus iterum oleum, et impensam, Nam satis superq[ue] pecuniarum iam ad aedificium illud, malo omine ceptu impendimus, nollemusq[ue] vt maiori quopiam damno, propter illud afficiamur. Bene valete, et dominum deum pro nobis orari faciatis. Datum.

P. Tomiczki eps Crac. Viceecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Regia Mtas, domine et domine clemen[tissi]me. Post perpetuae seruitutis, et orationum mearum, humilem comendationem. Incepta est non modica facultas, inter vxorem, et consanguineos, atq[ue] affines Nicolai Salomonis ciuis Crac., nuper defuncti, pro bonis eius derelictis, vxor enim petit aperiri testamentum mariti sui, quod ille viuens condidit, et obsignatum sigillo suo misit ad aduocatum, et scabinos ciuitatis Crac, quod illi, vt legittime factum susceperunt et aprobarunt. Dominus vero Nicolaus glinski nomine vxoris suae, sororis germanae eiusdem Nicolai Salomonis, negat et prohibet aperiri testamentum nisi prius ei assignetur possessio omnium bonorum, dicti olim Nicolai Salomonis, iuxta mandatum et litteras Mtis vrae / propter quas consules et Scabini sunt ancipites, et dubitant, an potius secundum Jus suum Magdeburgen. diffinire debeant, causam hanc. an vero secundum mandatum Mtis vrae. quia vero non solet Mtas vra docere Iudices. qualiter causam aliquam ad iudicium suum deductam, diffinire debeant. suplico illi enixe, mandare dignetur eisdem

Consulibus et scabinis Crac. ut non obstantibus quibusuis mandatis Mtis vrae, per vnam partem obtentis, ne dicam extortis, id faciant, et decernant, secundum ius suu Magdeburgen. quod illis aequu, et iustu esse videbitur. petebat quidem a me dominus Glinski dari sibi eiusmodi litteras, quibus mandaret Mtas vra, consulibus, et scabinis Crac, ut eum mox inducerent, in possessionem omniu bonoru Nicolai Salomonis. sed cum ego dare illas ei recusassem, quia videbantur mihi esse contra ius, recurrit ad aliam Cancellariam, et ibi eas obtinuit. paratas enim habuit. et scriptas in officina Zaczewski. Ego non aliud opto, nisi ut homines subditi Mtis vrae, non habeant occasionem querendi, de non administrata sibi iustitia. Dominus deus seruet, Clementissime Mtem vram, cum suis omnibus sospitem et faelicem. Cui me iteru atq iterum suppliciter comendo. Datu in Bodzanczin.

P. Tomicius. Eps Cracc. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

Serenissime princeps, et domine, domine clementissime. Post perpetuae seruitutis, et orationu mearu humilem comendationem. Credo non ignorare, vram Ser.mam Mtem, D. olim Nicolau Salomonem, ut posteritati suae consuleret, in hunc ordinem suam vltimam voluntatem digessisse, ut neq prius ver, ea, quae ad haeredes vel legittime transmissurus esset, vel in legatoru fidei comissoruq modum relicturus in testamento conscripserit, quam se viuente, aduocatus cum Scabinis hoc est ij ad quos in Ciuitate Crac testamentaria cognitio pertinebat, Iudicialiter decreuissent eum in omnibus bonis.

paterno vel materno iure ad se deuolutis, liberam habere testandi potestatem, neq iam scripta aliter firma, et valida esse debere fuerit arbitratus, quàm publicis quoq libris, et sigillis essent inscripta, et roborata, cum hac adiecta aprobationis formula, inquantu ea ordinatio Iuri Maydemborgen, et plebiscitis ciuitatis non esset contraria. quæ res tamen illo mortuo, absq controuersia inter cognatos esse non potuit, cum alii nunc, vt dominus Nicolaus glinski bo: poss. contra testamentum petant. alii secundum testamentu, prout ex Inditio et voluntate defuncti deprehenderetur, se hæredes, vel legatarios decerni contendant. Cuius quidem rei, cum iam ante, apd Mtem vram. questio esset habita, placuit Mti vestræ illam consulibus Crac. iure Maideburgen deffiniendam comittere, qui parentes mandato Mtis vræ decreuerunt, vt cum primum testamentu resignaretur, et voluntas testatoris, quantum Ius pateretur in suo robore conseruaret. quia vero ab eo decreto consulum dominus glynski ad Mtem vrám apellauit Consules ipsi tametsi alias postea a Mte vra acceperint lras, quibus illis mandare dignata est, vt in hac causa id quod iustum et æquu illis videretur decernerent. illi tamen arbitrati non posse se quidquam definire apellatione domini glinski opposita, a qua recedere noluit, suspenderunt litem, et cognitionem negocii ad Mtem vrám relegarunt, ad quam nunc vterq litigator, pro se quisq elaboraturus proficiscitur.

Ego vero operepretiu me facturum existimans, rogo pluri.m Mtem vram, vt decretum consulum Crac. quod meo Inditio iustum esse videtur approbare dignetur, nec prius de inofficioso testamento agi permittat. quā quid in scripto contineatur possit apparere. Namq id obsignato testamento, de iure fieri nequit. dum constet defunctum, intestatum non decessisse. hac enim re Mtas vra, et defuncti vltimam voluntatem, quæ apud omnes sancte custodiri solet conseruabit, et

et iustitiae suae clarum dabit documentu, siquidem et aperto testamento erit integrum domino glinski impugnare coram Iuditio ciuili quicquid non legittime defunctum disposuisse indicarit. Ego me et omnia mea Mti vrae rursus suppliciter comendo. quam semper faelicem esse, et cum Serma sua prole incolumem diu viuere, vehementer opto. Datu in Bodzanechin.

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Regia Mtas, et domine domine clemenme. Post humilem seruitutis, et orationum mearu comendationem. Cum post allatam sententiam ex lipsia, instituta hic esset per dominum Nicolaum glinski contra vxorem Nicolai Salomonis defuncti actio: Duae sunt de medio Iudicii sententiae contra d. glinski promulgatae, a quaru secunda, quae per aduocatu et scabinos iuris supremi Crac. lata est, ille appellauit, vel ad Mtem vram, vel ad sex ciuitatu iuditiu. quam appellationem, quia illum propterea fecisse autumant affines, et cognati vxoris praenominatae, quod speret se impetraturum a Mte vra Iudices aliquos comissarios nobiles, qui causam suam collapsam, iure et obseruatione consuetudinis Regni subleuarent supplicant Mti vrae Serae ijdem ipsi affines, et cognati faeminae praedictae, et ego illorum causa etiam vna supplico, vt non permittat illum hoc a se impetrari. Nam non est tutum causam hanc tam insignem et impeditam, aliquibus comittere, qui ius Maydemburgen et consuetudines Ciuitatum ignorant Veru, si ipsa Mtas vra diudicare inter dominu glinski

et vxorem Salomonis suprascriptam noluerit, permittere sal-
tem dignetur, vt sex Ciuitatum inditio de hoc decernere possit,
quod procul dubio, ab æquitate et iustitia, in neutram partem
declinabit, cum iam tot magnis expediendis controuersiis, cum
laude semper præfuit, faciet Mtas vra, rem æquitate, et iu-
stitia sua Regia dignam, et quam vidua inprimis Salomo-
nis defuncti vxor cum cognatis, deinde et ego bene mereri
illi semper studebimus. Comendo me rursus seruitutemq; me-
am, in graciam Mtis vræ Ser.mæ, quam fœli.mam esse, et
in multos annos cum Ser.ma coniuge sua, et liberis incolumem vehementer desidero. Datum Cracouiæ.

P. Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Regia Mtas, et domine domine clementissime. Post hu-
milem seruitutis, et orationum mearum comendationem,
Dominus Nicolaus glinski consul Crac. quod iam puto cognitum
esse Mti vræ, a sententia, quam aduocatus et scabini Iuris
supremi castri Crac., contra illum in causa testamentaria Ni-
colai Salomonis defuncti tulerunt, ad Mtem vram prouoca-
uit, quam appellationem suam, quia persequi in lituania non
potest, suplicat Mti vræ Ser.mæ. et ego etiam ipsius causa illam
plurimum rogo, vt inditium suæ causæ, per apellationem ad Mtem
vram deuolutum, ad fœlicem suum in Poloniam aduentum disferre,
vel si minus id liceret, viris in Iure Maydemburgen. exercitatis
et peritis, sub absentia sua hic iudicandam comittere dignetur.
quod ille, vna mecum perpetua seruitute, Mti vræ Ser.mæ
bene mereri curabit. Comendo me rursus, et humilem seruitu-

tem meam, Mti vrae Ser.mae, quam faelicissimam esse, et in multos annos, cum Ser.ma coniuge sua, et liberis, incolumem vehementer desidero. Datu.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Joanni Choienski Archidiacono Crac.
Secretario Regio.

Venerabilis domine, frater in Christo char.me. Rogati a domino Nicolao glinski consule Crac. Scripsimus, ad Regiam Mtem lras, vt causae eius inditur, ob quam ad Mtem suam prouocauit, vel differre, ad faelicem suum huc aduentum, vel sub absentia sua, viris Juris Magdeburgen peritis iudicandam hic comittere dignaretur, quare vos rogamus, vt hanc eius postulationem Mti Regiae quantum licet comendetis, et alterum horum, quae ille petit, impetrare curetis, facietis nobis rem gratam, et domino glinski sume vtilem, et necessariam. Bene valete. Datu. in Bolechowice xxix Junii.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie

Sacra Regia Mtas, et domine domine clementissime. Post humilem seruitutis, et orationum mearum comendationem. Cum iudices delegati, per Mtem vram in causa domini Nicolai glinski, seu vxoris ipsius, et vxoris relictae, olim Nicolai Salomonis concordes non essent, fortasse propterea q personae nobiles ciuibus adiunctae

Ius eorum municipale Maydemburgen ignorarunt. totum eius rei negotiu, iterum est ad Mtem vram reiectu, puto non sine graui. et Mtis vrae molestia, et ciuium ipsorum sumptu, et dispendio. Nam et Mti vrae, molestum esse necesse est, de ea re toties cognoscere, et illis nuper incendium passis, procul dubio graue et incomodu, facultates reliquas, litibus distrahere et exhaurire. quare ego euntibus, vel mittentibus illis ea de re, ad Mtem vram, hisce meis litteris. maiorem in modu velim obsecratam vram Mtem, vt prudentissimo aliquo suo decreto lite har dirimere, et ciues non necessariis sumptibus, se vero magno impedimento liberare dignetur. quod ita comodissime mihi prestare posse videtur Mtas vra, si controuersiam hanc, ad ius eorum municipale, prorsus dimittere dignabitur, eosq sinet iure in qo nati sunt, et cui modo subiacent, ad extremum vsq euentum experiri. Permistio enim diuersorum Iudicum, et varietas personarum, conditionis, et dignitatis, crebro difficiliores et magis impeditas causas, lites vero diuturniores, acerbioresq efficere solet. Mtas tamen vra, id pro summa sua sapientia idispiciet melius. ciuesq suos de opibus, et re familiari, diutuis periclitari non pacietur. quo sumae clementiae laudem, et iusticiae, atq aequitatis gloriam apud caeteros Mtas vra, consequetur, apud ciues autem suos praeterea, studium, fidem offitia, deniq omnia cumulatiora sibi conciliabit. Ego me, et seruitutem meam, iterum atq iterum comendo supliciter Mti vrae Sermae. quam esse faelicissimam, et cum suis liberis, coniugeq serma diutissime sospitem, et incolumem vehementer desidero et precor.

Datum.

P. Tomicius Eps Crac. vicecancell.
Joanni Choienski Archidiacono Crac.
Secretario Regio.

Venerabilis domine frater in Christo char.me Scripsimus M.ti Regiæ litteras, in comendationem eius causæ, quæ iam pridem inter d. Nicolaum Glinski, et vxorem relictam olim Nicolai Salomonis, de hæreditate vertitur, et ob discordiam Judicum delegatorum, finiri et absolui adhuc non potuit. Vos etiam pluri.m rogamus, vt cum cognoueritis rationem desiderii, et petitionis nostræ, ex litteris suæ M.tis, opera, et diligentia vra adsitis negotio, quantumq in vobis est efficiatis, vt hæc lis per decretum presens M.tis aliquo pacto, ad finem propius accedat. quo facietis rem offitio vro dignam, et nobis admodu gratam. Bene valete. Datu.

P. Tomicski Eps Crac. vicecancell.
Sigismundo primo regi Poloniæ.

Sacra Regia M.tas, et domine domine clementissime. Post humile seruitutis, et orationum mearu comendationem. Admonuerat me his diebus Consules Ciuitatis Crac. esse in bonis, et hæreditate Nicolai Salomonis, non multo ante tempore vita functi quinq millia florenoru æris alieni, quæ in controuersiam eoru, qui de hæreditate eius nunc contendunt comitti non deberent. Nam hæc ipsa quinq milia florenoru, Petrus Salomon Nicolai

praenominati auus paternus, testamento conditionaliter, et in modum fideicomissi, eidem Nicolao nepoti suo, dari iusserat, et legauerat, vt si vita sc3 discederet, nulla prole post se relicta, darentur ista quinq milia, ad aedem sacram diuae Mariae, in Circo Crac. vt ex illis psalteria fundaretur, per quam pia ipsius, et diuturna memoria, in templo beatae virginis extaret, quae quid res, cum pro offitio pastorali, non minus ad me pertineat, quam ad cives Crac. quibus est cura totius templi demandata. Mti vrae Sermae supplico humiliter, vt pro Regia authoritate sua, quinq milia praenominata, secerni ab haereditate, et dari in manus consulum Crac. ciuitatis mandet, ne cum reliqua haereditate, inter collitigantes distrahantur, et testator, ad quem pertinet iniuria afficiatur. in quo Mtas vra, et offitiu sumae pietatis praestabit, et jus defuncti, atq aedis beatae virginis, cum suma laude aequitatis tuebitur. Meq et cives suos Crac. perpetuo sibi faciet deuinctos. Comendo me rursus, seruitutemq meam in gram Mtis vrae Sermae, quam felimam esse, et bene cum Serma coniuge sua et illmis liberis incolumem vehementer desidero. Datu

P. Tomiczki Eps Cracc. Viceecancell.
Sigismundo primo Regi Polonie

Sacra Regia Mtas, et domine, domine clementissime. Post humilem seruitutis, et orationum mearu comendationem. Puto in memoria habere Mtem vram, quae ego superioribus diebus illi scripserim, super ea controuersia, quae de haereditate, inter d. Nicolaum glinski, et vxorem olim Nicolai Salomonis, concives Crac. et subditos Mtis vrae vertitur. quod ipsum nuc

proficiscente istuc d. glinski, et fortasse etiam ipsius aduer-sario. Mti vrae, duxi repetendum, illam rogans atq obsecrans, vt pro sua suma sapientia, et in subditos suos clementia iure atq authoritate hanc inter ipsos litem dirimere, et finem illi imponere dignetur. ne et Mti vrae, amplius de hac re negotium cognoscendi exhibeatur, et illi se sumptibus extenuent inanibus, et minime necessariis, et dominus quidem Glinski de consulibus, et reliquo ciuitatis magistratu queritur multu. Ego tamen suma causae totius ignorans iudicare nequeo iure: ne an iniuria queratur, id tantumodo scio iudices delegatos et comissarios Mtis vrae, in discernenda causa hac, cum ciuibus discordasse. Mtas vra tamen, ab vtraq parte, de omni negotio bene erudita, diiudicare facile, quid cuiq iure debeatur, et finem tandem negotio, imponere poterit, ne et illis causa amplius dissensionis, et litis prosequendae relinquatur, et Mti vrae, nouu de hac re nasci negotiu, et cura possit. faciet equidem Mtas vra, rem et ciuitati vtilem, et sua gloria, atq aequitate dignissimam. Cui ego me et seruitutem meam, iteru atq iterum comendo, illamq et cum liberis, et cum coniuge Serma, faelmam, et optime incolumem esse, vehementer opto. Datu.

P. Tomicski Eps Cracc. Vicecancell.
Joanni Choienski Archidiaco Crac
Secretario

Venerabilis domine, frater in christo charme. Proficiscitur istuc iterum, ad Mtem Regiam, dominus Nicolaus glinski, in negotio illo veteri, haereditatis adeundae, post mortem Nicolai Salomonis defuncti, cuius causae, tota ex integro

cognitio, est ad Mtem suam reuoluta. quippe q dati iudices commissarii, per Mtem suam cum iudicibus Ciuitatis, in eandem sententiam non potuerunt conuenire. quam rem ita in longum extrahi et produci, necesse est non modo partibus incomodum esse, sed etiam Mti Regiæ molestu. quare vos rogamus, vt cum Mte sua, nomine nostro agatis, ne illius Mtas, diutius illos, inter se contendere paciatur, sed cognita re, pro authoritate sua, et causæ ipsius æquitate litem dirimere dignetur. Domino autem glinski, aderitis nostra causa, opera vra, quantum tum æquitas et ratio iustitiæ obtinendæ pati et admittere videbitur. Nos enim qd non bene cognitu adhuc causæ istius statu habeamus, adhærere sententia nra, in neutram partem non possumus. Bene et fæliciter valeatis. Datu

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Poloniæ.

Sacra Regia Mtas, et domine domine clementissime. Post humilem seruitutis, et orationu mearu comendationē. Tametsi sciam, ad administrandam alicui iustitiam, nulla comendatione egere Mtem vram, ne tamen ijs, qui a me petunt comendari, litteras negare velle videar, idem sæpius ad Mtem vram coactus scribo. Diuersum enim, in eadem causa scribere, neq licet neq ego volo. Ac is quidem Salomon Andreas, redit iterum ad Mtem vram, vt in causa quam habent eius affines de hæreditate, cum domino Nicolao glinski, et quam etiam comissarii, remiserunt ad Mtem vram, finem aliquem tandem con:

sequatur. qui qm dicit se apud Mtem vram, dilucide velle demonstrare, quid iure affinibus suis debeatur. Ego plurimum rogo Mtem vram, ut illum et aduersariu illius, diligenter in omnibus, quæ dicere voluerint auscultare dignetur, et eam illoru controuersiam, prout æquitas suadere videbitur terminare, id enim quod Mtas vra decreuerit, et illis et cæteris omnibus, rectum et iustum semper videbitur. offitiu autem istud cedet, in laudem et gloriam Mtis vræ sempiternam. Ego me, et seruitutem meam rursus comedo. Mti vræ Serᵐᵃᵉ. quam fælicissimam esse, et optime cum liberis suis, et Serᵐᵃ coniuge incolumem, vehementer desidero. Datu Cracouiæ.

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Joanni Choienski Archidiacono Crac.
Secretario Regio.

Venerabilis domine frater in Christo charᵐᵉ. Meminisse vos existimo. quid antea ad vos, in causa, et negotio testamenti olim Nicolai Salomonis scripserimus. Et qm d. Andreas Salomonis, nunc iterum in eodem ipso negotio redit ad Mtem Regiam. Rogamus vos, ut causam affinium eius prout æquu videbitur isthic apud Mtem suam defendatis, et enitamini pro virili vra, ut hæc lis tandem per iustum Mtis suæ decretum dirimatur. Namq et ecclesia s. Mariæ, cui ex hæreditate dicti Nicolai Salomonis quinq millia florenoru, in moneta debentur, pro erigendis, et fundandis, in ea psalteristis, et soror Sanctimonialis de cenobio sanctæ Agnetis, magnum ex eo dispendiu paciuntr.

q̄ res hæc tanto tempore maneat indecisa. Nam illi interea nihil quod suum est repetere possunt. facietis equidem, et pium, et egregiu facinus. si istic opera et diligentia vr̄a, ad finem aliquem hanc controuersiam perduxeritis. bene va: lete. Datu

P. Tomiczki Ep̄s Crac. vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Regia Mtas, et domine domine clemen[me].
Post humilem seruitutis, et orationu mearu comendationem, Res quidem est, ad scribendum difficilis, et longis ambagibus impedita, quæ nunc inter hæredes d. Michaelis Spiss. et Ciues Crac̄, item etiam vtrinq; inter creditores, et debitores de: functi vertitur. Ego tamen sumam rei totius, et vna id quod velim a Mte vr̄a, paucis explicabo. Non multo ante, cum apd Mtem vrām hæredes d. Michaelis, de consulibus et Mgra: tu Crac̄. questi fuerant, Mtas vr̄a mandare illis per litte: ras dignata erat, vt hæredibus defuncti, omniu reru et hæreditatis possessionem traderent, secundum formam con: suetudinemq; iuris sui Maidemburgen. cui mandato cum illi parere, et obsequi, de iure Maidemburgen voluissent, consultatione inter se habita, decreuerunt res omnes Lodo: uico Prusser. hæredi principali defuncti dandas esse, si is fideiussoribus idoneis eius ciuitatis cauisset Senatui se omni: bus creditoribus, de ære eorum alieno responsuru esse. At ille, cum existimasset mandato vr̄æ Mtis, non satis per id factum esse, conditionemq; propositam duram ad præstandu a se, aduena putaret, aduocati et procuratoris sui consi:

lio decreto Consulum et ingratus non suscepto, prouocauit ad vram sermam Mtem, ad quam cum pararet diu iter, amiciq eius me interea multis vicibus interpellassent, ne hominem peregrinum iuris seueritate oprimi, resq diuturnitate temporis, et seruando corumpi quantu in me esset permitterem. alius casus accidit. Lodouicus enim adueniente die, in quem se soluere, certam peccuniam vxori defunctae obligauerat, in iuditiu est vocatus, et cum non haberet propter detentas res et bona, quo solueret, est ex iure detrusus in carcerem, atq ita miser homo, in magna animi perturbatione positus, amicisq in hac vrbe carens, auxiliu a me, medio domini conciatoris germanici Ecclesiae beatae Mariae postulauit. rogauitq me, vt persuasione mea consules adducerem, quo ad primu illud decretum illorum suscipiendum se redire paterentur, carcereq facerent liberum. Ego vero cui et decretum semper aequu, pro consuetudineq iuris factum videbatur, et is tamen aduena opressus, et ab aequitate repulsus apparebat, feci offitium meum, egi cum Consulibus, sed illos tamen adducere non potui, vt vel carcere illum liberarent, vel ad primum decretum suscipiendum restituerent, puto ex hac de causa, q metuant, ne contra dominu Joannem Thaczinski succamerariu Crac facerent, in quem omnis iam actio, quã habebat Leonardus fogel vedor est translata. quare Mti vrae ego suplico, vt pro Regia sua clementia, et authoritate subuenire huic peregrino homini dignetur, mandareq Consulibus Crac, vt ad decretum illud obtinendu, quod ipsi de iure suo fecerunt, lodouicu praenominatu dominum Michaelem Spyss legittimum successorem restituant, et admitant, carcereq liberum faciant. Nam et ille iniuria afficitur, q et libertate sua, et rebus, quae seruando corumpuntur, et tabescunt, tam diu caret, et alius iniuria

facit, quod id, quod illis a defuncto debetur, non soluit.
Caeterum, retulit etiam ad me dictus Lodouicus, haeres, et successor d. Michaelis Spÿss Mtem vram diem illi, et terminum iudicialem praescripsisse, vt presens cum Iudeo quodam Aaron, apud Mtem vram se sisteret, ad audiendum decretum Mtis vrae, in causa, quam cum hoc iudeo, apud tribunal Mtis vrae Sermae habet. qui quidem Lodouicus, quoniam nunc neque sui compos esse, ob carcerem. in quo est conditus, neque libros rationum, ob detentationem bonorum, et haereditatis nancisci potest. Mti vrae suplicat, et ego eius causa illam vehementer rogo, vt diem iuditio causae suae dictam prorogare tantisper dignetur, dum ille et carcere liberatur, et libros rationum, ex quibus se causamque suam tueri debet consequitur. faciet Mtas vra, rem aequitate pietateque Regia dignam, et quam iste adolescens vna mecum optime mereri semper curabit Mti vrae Serm ae, cui ego rursus, seruitutemque meam, et me ipsum, diligenter comendo, et faelicissimam esse Mtem vram atque semper, cum Serma coniuge sua, et liberis incolumem vehementer desidero.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Regia Mtas, et domine domine clementissime. Post humilem seruitutis et orationum mearum comendationem. Cum in vita adhuc esset d. Michael Spÿss ciuis Mtis vrae Sermae Crac. condidit testamentum manu sua scriptum, in quo multa ex facultatibus suis, ad pias causas legauit, nominatim tamen Apoloniae, vxoris suae famulae, pro operis eius, et seruitute li:

berali, trecentos aureos dari fecit, hæc cum ex testamento, apud consules de legato soluendo, hæredes conuenisset, decreuerunt Consules solui debere Apolloniæ legatum, hæredes tamen, qui testamentum, præter solennitatem iuris ciuilis factum validum esse nollent, a sententia consulum ad Mtem vram prouocarunt. In qua re, quia ego hanc summam æquitatem, et humani offitii pietatem esse animaduerto, vt vltima cuiusque voluntas, quæ ex scripto manus testatoris, certissima deprehendi solet, rata habeatur, isque cui datum est legatum suum consequatur: Mti vræ suplico, vt cum hæc res apud eam proponetur, rationem habere, et testatoris voluntatis, et legatariæ ancillæ petitionis dignetur. alioquin enim nemo tutus esset, qui cum testari legittime et adhibita testamentaria solennitate non posset, iuditium et voluntatem suam scripto exponeret.

Cæterum vbislaus lubowiezki, terræ Plocensis nobilis, et subditus Mtis vræ, impetrauerat iam pridem me referente et rogante, apud Mtem vram comissarios, ad circumspiciendum opus, cognoscendumque onus, quod in extruendis pontibus, et sternenda via, quæ per villam illius publice in Prussiam vectores frequentes ducit, sustinet et habet, qui nunc re iam cognita et perspecta, significationem cognitionis suæ mihi miserunt, quam ego cum presentibus mitto Mti vræ Ser.mæ, ab illaque vehementer rogo, vt onere et difficultate, prænominati sui subditi cognita, vectigal illi pontale, quatuor denariorum, a quolibet curru mercibus onerato, tribuere, et assignare dignetur, quo ille, et tenuitati suæ, consulere et viam ad publicam comoditatem, atque vsum reparare, comodius valeat. In quo faciet Mtas vra, rem non minus piam, quam et petenti subdito, et negociantibus vectoribus, summe necessariam, et vtilem, quamque ille mecum vna Mti vræ Ser.mæ, perpetua seruitute sua bene mereri curabit.

Comendo me rursus, seruitutemq meam, in gram Mtis vrae Ser.mae quam falicissimam esse, et cum ser.ma coniuge sua, ac omnibus liberis, recte sanam, et incolumem vehementer desidero. Dat.

P. Tomiczki eps Cracc. viceecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Regia Mtas, et domine domine clemen.me.

Post humilem seruitutis, et orationu mearu comendatione. habiturus est propediem actionem coram Mte vra, ludouicus prufer, hares, et successor, domini olim Michaelis spiss, cum Iudeis quibusdam: a quibus, quia dicit sibi multa per calumniam intendi, plurimu a me rogauit, vt hoc Mti vrae litteris explicarem, causamq illi suam facerem comendata. Ego vero, et petitione illius, et querela de calumnia permotus, suplico Mti vrae Ser.mae, vt simul, et ad causam illius clementiam suam, et ad calumniam Iudeorum, seueritatem accomodare, idq quod in hac causa iustitia et veritas postulare videbitur, pro aquitate sua Regia decernere dignetur.

Caterum quia is ipse ludouicus, ob crimen lesae Mtis, quod in Ser.mum Regem ferdinandu, defunctus Michael Spiss admisisse criminatus est, per illrem dominu ducem opoliensem iuditio sit tanq successor rei arcessitus. Mti vrae suplicat, egoq ex causa illius, vehementer illam rogo, vt eu datis ad dominu ducem opoliensem litteris, eximere ab illius iuditio dignetur, et non permittere, ex causa criminis Mtis aliquid persequi, in hareditate Michaelis defuncti,

qui solius Mtis vrae, non vllius alterius esse subditus noscebatur, quiq; si vixisset, hoc ipso iurisditionem Regis Ferdinandi facile declinasset, qd in subditis illius nunq; fuerit. in quo Mtas vra, rem pietate sua Regia dignam faciet, et quam idem ipse lodouicus vna mecum illi perpetuo mereri curabit. Comendo me rursus, seruitutemq; meam, in gram, Mtis vrae Sermae. quam fael.mam esse, et cum serma coniuge sua, ac liberis, diu et recte incolumem vehementer desidero. Datu.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Joanni Choienski Archidiacono Cracc.
Secretario Regio

Venerabilis domine, frater in Christo char.me. Intelligetis ex litteris Mtis Regiae, quas in comendationem lodouici pruffer, et aliorum haeredu, domini Michael Spiss scripsim9, quid a Mte sua postulemus. et ij quoq; qui nomine eius rem istic curabunt apud Mtem Regiam, simul et sceda pntibus annexa, vos instruent, quid fieri expediat. quare plurim vos rogamus, vt causa nra, et offitii vri, pietatisq; gracia negotiu hoc apud Mtem Regiam comendetis, et efficiatis quantu valetis, vt ludouicus praenominatus homo alienigena, et amicis carens, mandato aliquo et authoritate Mtis Regiae adiuuetur. facietis nobis, rem plurimu grata, et hominibus quoru res agitur, vehementer vtilem. Bene valeatis. Datu.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Christofero de Schidlowiecz Castell.
Craccovien. Regni Poloniae Cancell.

Magnifice domine, domine et amice honoran.me.
Cum huc redisset, a Rege ferdinando is cubicularius M.tis Regiae Stemkircher, quem in negotio successorum Michaelis Spyss illuc miserat M.tas sua, accepi ab illo l.ras, quas attulit, illasq et ipse legi, et successoribus praenominati Michaelis legendas tradidi, ita enim ante reditum adhuc nuntii, M.tem Regiam, ex domini Choienski litteris, me facere velle intellexi, has nunc ego l.ras, eodem nuntio, ad Mag.ciam v.ram mitto, vt etiam illas perlegat, et lectas postmodum M.ti Regiae, sub annuli sui signo transmittat. Comendo me amori, et beneuolentiae f.nae, Mag.ciae v.rae, quam sanam, saluam, et diu incolumem esse, cum suis omnibus vehementer desidero. Datum Cracouiae. xx Maij.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Sigismundo primo Regi Poloniae.

Sacra Regia M.tas, et domine domine clemen.me. Post humilem seruitutis, et orationum mearum comendationem. Controuersia quam non ignorat M.tas v.ra, inter lucam Rasek ciuem Posnamien., et Ioannem platnerum, alterum ciuem et mercatorem Noremebergen. diu agitari cepta, finiri

hactenus non potuit, propter diuersam litigatorum iuris sui persequendi rationem, etenim alter alterius Ciuitatis et prouintiae iuditium deuitans, ad suae Ciuitatis, vel territorii tribunal, vicissim se trahunt, et vocant, ob quod et iustitiae administratio, non sine magno hominum odio, atque inuidia extrahitur, et negotia vtriusque cum iactura non mediocri, partim sua ipsorum, partim etiam Mtis vrae, et Regni ipsius incolarum, impediuntur. Ac ex parte quidem platnerii, Norembergenses Ciues ad me diligenter huc scripserunt, vt me apud Mtem vram interponerem, quo hanc illius controuersiam committere iudicandam, dignaretur, vel illustri d. Georgio Duci Saxoniae, vel ittri d. Georgio Marchioni Brandemburgen, quos illi existimant singulos, finem celerem causae, et contentioni praenominatae, impositiuros esse. Verum quia ego, id non posse fieri, sine praeiuditio subditi Mtis vrae intelligo, cui graue foret, externi fori iuditia sequi, vel quaerere, suadere id, quod Norembergen postulant, non audeo, nec volo Mti vrae, tamen hoc ab illa obnixe rogo, vt summam totius cognitionis, in hac causa, vel Ciuibus Crac, vel Thorunen, demandare committereque dignetur, vt tandem appellationibus submotis, quid de iure aequo suo, inter collitigantes decernant, Nam alioqui, vtrumque Rasek obtinuerit sententiam pro se, quam Mtas vra approbauit, ducetur tamen res in longum, et Mtas vra, comodo, quod ex vectigali comerciorum platnerii, prouenire solebat, fraudabitur. Id autem ego prout aequum, et iustum existimo, a Mte vra Ser ma rogo: Mtas tamen vra, pro summa sua sapientia, et aequitate, facere quod volet, arbitratu suo dignabitur, modo id comoda, partim et Mtis vrae subditorum, non minuat, et animos Norembergen, aliorumque, qui huius causae, celerem exitum expectant, non offendat, Nam hoc ad comparandam laudem et gloriam Mtis vrae pertinet, vt ex

administrata, celeri in negotiis iustitia, contentus fiat quisq; et gratus. Comendo me rursus, seruitutemq; meam, Mti vrae Sermae, quam feli.mam esse, et in multos annos cum Serma coniuge et liberis incolumem vehementer desidero. Datum Cracouiae. xii Iunii. 1.5.2.9.

P. Tomiczki Cps Cracc. Vicecancell.
Joanni Choienski Archidiacono Cracc.
Secretario Regio.

Venerabilis domine, frater in Christo charme. Scripserunt huc ad nos Ciues Norembergen. lras, in comendationem platnerii, conciuis sui, rogantes nos, vt apud Mtem Regia illius causae, quam cum luca Rasek ciue Posnanien. habet, opera, et patrocinio nro adessemus, quarum quidem lrarum exemplum, nos in manus vras mittimus, vt illorum petitionis rationem, melius cognoscatis. nos autem scripsimus in hoc negotio literas nras ad Regiam Mtem, verum non ea ratione, qua optabant Norembergen. diuersum enim ab illis, in ea re sentimus, prout, et id ex litteris, a nobis Mti suae scriptis cognoscetis. dabitis vero operam, pro offitio vestro, vt Mtas sua id, in hac re constituere dignetur, quod et aequitati, et celeritati finiendae litis, conuenire magis possit. quamuis enim Rasek, obtinuerit sententiam pro se, in Iudicio Posnanien. nunq; tamen exequutionem illius habere poterit, nisi de iustitia ipsius, et Platnerii per iudices non partiales, neq; suspectos debito modo cognoscatur. Bene valeatis et faelix sitis. Datum.

P. Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Regia Mtas, et domine, domine clementissime.
Post humilem servitutis, et orationum mearum comendatione, non dubito meminisse Mtem vram, quemadmodum controversia, inter Joannem platner, mercatorem et civem Nurembergen, et lucam Rasek civem Posnanien. fuerit a Mte vra, semel, et iterum, civibus Posnanien. ad iudicandum, comissa, quae tamen, quoniam hucusque propter eorundem civium Posnanien. varias sententias, et acceptionem personarum, finem capere non potuit, est iam et partibus sumptuosa, et Civibus ipsis, admodum molesta facta, quare scripserunt huc ad me, nonnulli amici mei lras, illis me rogantes, ut Mti vrae suplicarem, ne hanc causam longioribus litibus extrahi pati, sed illam ad se iudiciumque suum advocare dignaretur, quam rem, quia ego ad utilitatem, et concordiam, quietemque Civium subditorum Mtis vrae, pertinere plurimum arbitror, supplico ista ratione, Mti vrae Sermae ut vel ipsa ad se advocare, vel Civibus Crac. seu Thorunnen. iudicandum hanc causam comittere dignetur. Nulla enim alia ratione, celerius haec res finem suum capere, et posnanien cives, molestia et difficultate liberare potest. Mti autem vrae summopere convenit, et est utile, ad amplificandum nomen suum et gloriam, subditorum negotia et actiones cito et sine magno sumptu expedire. Comendo me, servitutemque meam, in graciam, Mtis vrae Sermae

quam, felicissimam esse, et diutissime incolumem, cum Ser:ma coniuge, et liberis suis, vehementer, et ex animo desidero.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Joanni Choienski Archidiacono Crac.

Venerabilis domine, frater in Chro char.me. Causa quae inter Ioannem platner, mercatorem et ciuem Norumbergen. et lucam Rasek ciuem Posnanien. vertitur, longu et incomodu Ciuibus Posnanien. dat, et facessit negotiu, quippe, qd. in iudicanda, et cognoscenda illa, affectu magis, et personaru acceptione, quam iustitia, et aequitate ducantur in qua re cum ego illos adiutos esse, et molestia hac liberatos cuperem, Scripsi ad Mtem Regiam illoru gracia literas, suplicans illis Mti suae, vt ad se cognitionemq suam, ea ipsam causam aduocare, vel Ciuibus Crac. seu Thorunen. iudicandam comittere dignetur. ne et partes amplius sumptibus, et Cives Posnanien. molestia onerentur, in qua re, vt vos quoq operam vram .. in eam nram sententiam, accomodetis, pluri.m vos rogamus, facietis enim, et nobis rem gratam, et Ciuitati Posnanien. vtilem, et comoda. Valeatis faelix, et incolumis. Datu. Vars. feria 2a Carnisprivii.

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Proconsulibus et Consulibus Ciuitatis
Norembergen.

Spectabiles domini, amici nostri charmi. Acceptis litteris d. vrarum, quibus a nobis postularunt, vt conciuem earum Joannem platnerum, vna cum causa, quam hic habet, cum Luca Rasek ciue Posnanien, Mti Regiae domino nro clementissimo comendaremus, interposuimus partes nras, apud illius Mtem diligenter, Mtasque sua, eius causae cognitionem, ciuibus Thorunen demandauit, qui proculdubio secundum Jus, et aequitatem, sine vlla temporum et appellationum interceptione, illam sumatim iudicabunt, ac discernent. nam et Mtas sua, seuere id illis praecepit, et illi sponte sua hoc facere consueuerunt, vt litibus homines, quam celerrime expediant. Et hanc quidem nos operam, libenti et grato animo praestitimus, vt desiderio postulationique d. vrarum satisfaceremus, grata enim nobis omnia solent esse offitia, quae ex sententia illarum, a nobis fiunt, vel referuntur. ac et alias, si in quo opera nra, illis gratificari possemus, presto nos futuros semper, pollicemur. Nunc bene valere d. vras, et felices esse omnes vehementer optamus. Datum Cracouiae. die x Iulii. Anno.

223

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Jacobo de gratia Epo Vratislaviensi.

Rme in Christo pater, et domine frater, et amice honorande. Exposuit mihi nobilis Venceslaus Tvorkowski de Crawarz, desponsatam sibi esse iam pridem puellam nobilem, et haereditate pro conditione sua locupletem, cui tamen propter aetatem, ad certum tempus, abstinere nupciis Sermus Rex ferdinandus, comissariis ad id datis mandavit, cuius temporis praescripti, annus adhuc superest unicus, nam extrema conditio matrimonii, in annum quindecimum decreta erat. puella autem, ut ipse Venceslaus refert, annum nunc agit quartum decimum. In qua quidem aetate, quia et ipse intelligit, puellam viro maturam esse, et ego scio ex iure comuni legittimos istos annos, ad nubendum fore. d. vram rogat, et ego una pro ipso rogo, ut apud Sermum Regem ferdinandum, interponere operam; et patrocinium suum velit, quo ipse nunc iam cum sponsa coniungi, illaque uxore uti possit, et bona ipsius, quae mala administratione negligentiaque curatorum depereunt, in curam administrationemque suam recipere. faciet d. vra. Rma, rem piam, offitioque suo dignam, quam, et Venceslaus praenominatus, bene mereri, semper illi studebit, et ego vicissim offitiis amicitiae referre curabo. Cupio faelicem esse d. vram Rmam, et in multos annos, bene saluam, et incolumem. Cui me ex animo comendo. Datum Cracoviae ix die Iunii. M.o D.o xx.o ix.o

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Stanislao Episcopo Olomoncensi.

Rme in Christo pater, et domine frater, et amice char.me et honoran. Quamuis hoc tempus, quo et priuatae et pub.ce res bello turbantur minime aptu intelligam, ad tractanda ea quae pacis sunt, et ocii, quia tamen rursus animaduertam, ea quae tempore belli, ab aliquo, in diuersa eademq pacata prouintia, vel Ciuitate, recte constituuntur, solere afferre tamen tum illi multam voluptatem et solatiu, cum finitis bellicis molestiis, ad suaue otiu fuerit restitutus, non putaui ab offitio meo valde alienum esse, vt de his, per litteras, familiariter et modeste, cum d. vra Rma, sub id belloru tempus aga, quae in hac vrbe, omni bello vacua, ad contractu quendam ciuilem procurandu, ex consensu et voluntate illius absentis constitui cupiam et optem. quare plurimu ab illa rogo, vt vna opera, et hoc meum institutu, boni consulere, et ad id, quod paucis exponam, beneuolentiam et facilem animu, mihi prestare velit. Sunt in hac vrbe puellae duae, neptes ex sorore d. vrae Rmae, integrae iam aetatis, et nubiles ambae, quarum natu minorem despondi sibi in vxorem vellet nobilis Nicolaus Bikowski d. Castellani Sandecen. magnae hic in Regno authoritatis, et opulentis viri filius, adolescens ipse plane et indole et ingenio lectissimus. quiq virtute sua, et laudatis moribus, non modo maioru suoru, ex virili sexu descendentiu gloriam, (qua hic inter multos prestat) assequi conatur, verum et matris suae natales, quos in hac vrbe habet insignes, frugalitate vitae, et modestia sua ornare semper studet.

Quare d. v̄ram R^mam orat plurimum, egoq eius causa, illam maiorem in modū rogo, vt pro authoritate sua, qua in hac re valet, apud fratres suos, et alios puellæ cognatos petitionē hanc promouere, ipsaq quantū ex se est, assensum suū ad id prebere velit. ausim enim promittere, d. v̄ram R^mam affinitatem, quæ ex eo matrimonio parabitur, probaturam esse, nam est multa et potens istius adolescentis familia, quæ ad omnem d. v̄ræ necessitatem, offitiis suis presto est futura illi semper. Ego vero si id impetro, d. v̄ræ R^mæ, omni vicissim offitio, opera, et gratificatione amica referre id curabo. Ac ne illud impedire possit studia n̄ra, q̄d a puellarū parentibus obyci solet, minorem natu, priusq maior nubat, marito dari non licere, ne ex eo maior natu ignominia afficiatur. D. v̄ra R^ma, sciat adolescentem prænominatū, eo esse consilio, q velit a nuptiis abstinere, quousq maiori paretur maritus, dūmodo desponsatam iri sibi puellā, certo sciat, ad quam propterea maxime adiecit animū, q et egregiæ formæ, et educationis honestissimæ, illam sciat esse. Ego, dum in hac re expecto responsū, a d. v̄ra R^ma, illam fælicem, saluam, ac optime cū omnibus suis incolumem esse vehementer opto. Cuiusq me amori, et beneuolentiæ fraternæ plurimū comendo.

P. Tomiczki ep̄s Cracc. viceCancell.
Lucæ de Gorca Castell.o Posnanien.
Capitaneo maioris Polonie.

Magnifice domine, domine et frater honoran.^me. Priusqua applicuisset huc cubicularius Mag^ciæ v̄ræ, redierat istinc ad me Andreas Przeczlawski seruitor meus, et cum ingenti

dolore, et animi acerbitate, effusis etiam lachrimis, id quod sibi, et parenti suo, proxime cum authoritate et offitio, "capitaneali Mag^cie vre" intercessit mihi exposuit, subinde me rogans, et obsecrans, vt simul et casum hunc suu, cum parente comunem pia miseratione exciperem, et illi in proponenda, extendendaq contra Mag.^ciam vram querimonia consilio et patrocinio, apd. M^tem Regiam, pro iustitia et debito meo adessem, inquiens se citra notam, generis sui tacitu relinquere id non posse, q^d Mag^cia vra, domu parentis sui, quae et honesta, et munis ab iniuria, instar aliaru nobiliu aediu haberetur, preter consuetudinem, et iura Regni, et humanae aequitatis offitiu, cu imperio ingressa, potenti manu, et foribus efractis disquisierit, et omnia penetralia illo inuito lustrauerit, mercatore quendam Ciuem Posnamien, qui nullu malefitiu vnq comisit, quiq vt tutus esset, a creditoribus suis, illuc diuerterat, eripuerit, secumq illinc abduxerit, et captiuu sub libera custodia apud se detineat. In quo cum ipsu in hanc sententiam, multa cum vehementia, et lachrimis dicentem audissem, et ipse miseratione non potui non comoueri, sed tamen vt hac in re paululu quiesceret, illi precepi, nolebam enim hanc rem sine scitu, et permissu Mag^ciae vrae, ita diuulgari, presertim hoc tempore, cum sciam in nullo quempiam accusari nunc hic posse, quod non plerisq cedat in gratiam et cauillandi voluptatem, quibus dum ita et cogitatio, et ipse Przeczlawski me occuparent, superuenit d. custos opaleniczki, qui dominum Choienski, vsq ad Ilkusch comitatus aliquot dies hinc aberat, is mihi vrae M. super hoc negotio litteras reddidit, in quibus vicissim M^am vram grauiter queri, de vtroq Przeczlawski animaduerti, molesteq admodu ferre, q contumelia et verboru conuitiis sit ab illis affecta, non sine multa, et conditionis, et dignitatis suae offensa, quod etiam me non mediocriter perturbauit maxime q M^am vram, deferre M^ti

Regiae, id velle cognovi, quod ne fieret a servitore meo ego ob certos respectus diligenter cavi. quare cum ita haec res mihi perplexum animum fecisset, et me cum Mag^ciae^ vrae, tum servitoris mei rationes ad offitium provocarent, consultissimum esse putavi, vt et servitoris mei querelam, et lras Mag^ciae^ vrae, ab auribus Mtis Regiae tantisper continerem, donec quid aliud de hac re a Mag^cia^ vra habeam, quam rogo plurim. me certiorem facere velit. malit ne hanc rem silentio praetermitti, et eam istic sua prudentia sistere, et componere, vel illam vtrinque in publicum, et ad aures Mtis Regiae deferri. Ego enim statuere, hac ipsa in re nihil volo, praeter Mag^ciae^ vrae inditum et permissionem. [Qui oratores Ser^mi^ Regis Joannis istic sint venturi, ex Mag^co^ domino Castell Cracovien, cui exempla omnium litterarum, quae ex Hungaria huc nuper allatae sunt, misi, plene cognoscet vra M. Cuius me amori et benevolentiae frnae, vt soleo, et debeo comendo. feliciissimamque esse, et cum suis omnibus, recte salvam, et incolumem, vehementer desidero. Datum Cracoviae. xx iij Augusti. Anno domini M°. D°. xxx°.

P. Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Joanni Choienski Archidiacono Crac.

Venerabilis domine, frater in Christo char^me^. agimus et habemus vobis plurimas gracias, quod operam diligentem praestiteritis apud Regiam Mtem, in impetranda fratri nostro, domino Castellano Calissien administratione pisdren, et Cominen, praefecturae, quam operam vram, omni benevolentia

et gratificatione nra, vbi opus fuerit vobis vicissim referre curabimus. Namq plurimu nobis satisfecit in his, et Regiæ Mtis liberalitas, et diligentia vra. ¶ De tractatione reconciliationis, inter dominu Castellanu Crac. et dominu Capitaneum Samogitiæ, antea nihil nobis fuerat cognitu, nunc tamen ex litteris vris, tota eius rei serie, et conditione perspecta accomodamus nos, et operam nram, ad insinuanda d. Castellano Crac. eius concordiæ persuasionem. Scripsim⁹ eni illi, et propriu nuntiu ad illum hanc ob causam misimus, ad quod rursus eiusmodi responsu illius accepimus, q totam hanc causam, in potestatem, et arbitriu Mtis Regiæ, et Reginalis tradere velit, qz litteras contractus facti, et pactoru firmatoru, mittat in manus vras, vnde satis nos intelligimus, illu a reconciliatione hac non abhorrere, modo illa fiat cu honore et dignitate sua. ¶ Cæteru scribimus ad Regiam Mtem, vt admittat redemptionem oppidi Grebow, de manibus hæredu, domini Ioannis Bredinski, nuper vita functi, Stanislao pieniasek seruitori, et alumno nro, adolescenti sane et moribus et industria non vulgari. quod negotiu quoq vobis curandu, diligenter comendamus, et mittimus ad vos scriptas consensus litteras, quas subscribi nra causa, et obsignari, apud Mtem suam curabitis. ¶ Cæteru et illud etiam dabitis operam, vt fratri nro, domino Castellano Calissien, in præfecturis sibi comissis ducentaru, et quadraginta marcaru pensio relinquatur, sicuti a defuncto fratre domino ocieski, et domino dunin, prestari erat solita. in quo facietis nobis rem grata, et fratri nro, qui artem calculandi non nouit, valde vtilem et necessariam. Bene valete. Datu.

P. Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Christofero de Schidlowiecz Castell.o
Craccouiensi.

Mag.ce domine, domine et amice honorandissime. Inter cæteras actiones, quas dominus Sbigneus podlodowski moriens ad filios, cum hæreditate transmisit, controuersia de domini Comieczki occisione, contentionis et impedimenti plena ad illos quoque rediit, de qua quidem, cum adolescentes ij pro offitio suo et pietate erga parentem, ante omnes alias transigere voluissent, tentarunt cum aduersariis concordiam, non magis vt sibi pacem cum illis conciliarent, quam vt paternæ memoriæ, pia iusta facerent, verum ab illis id consequi non potuerunt, non eo quidem quod detrectarent concordiam, sed quod dicerent, totam eius causæ rationem ex authoritate Mag.cia vestræ dependere, sine qua illi quidque statuere neque vellent neque possent. quare ego animaduertens fore vtrinque vtile, vt pax seu concordia ab illis ineatur. Mag.ciam vestram diligentissime rogo, vt illa quoque animum suum, ad concordiam illorum aclinare velit: persuaderetque domino Comieczki, vel pro authoritate sua apud illos efficere, vt contentione iudiciali relicta, rem ad concordiam deducant, commodeque et amice illam inter se transigant. Nam alioqui ij adolescentes, qui culpa criminis vacant, et nondum satis integram, ad ius persequendum habent ætatem, graui iniuria afficerentur. dominique Conieczki, fortasse non tantum iudicio vincerent, quantum id esset, de quo pactione amica conuenirent. faciet Mag.cia vestra, rem prudentia sua dignam, et vtrique parti vehementer vtilem ac necessariam, quamque ego illi vi:

cissim omni offitio amico referre curabo. Comendo me amori, et beneuolentiae fenae, Magciae vrae, quam faelicem esse, et diu sanam, saluam, ac cum omnibus suis bene incolumem, vehementer desidero. Datu.

P. Tomiczki Cps Cracc. Vicecancell.
Christofero de Schidlowiecz Castello
Craccouien.

Magnifice domine, domine et amice honoranme. Paulus qui has litteras Magciae vrae reddet, fuit non ingratus seruitor fratris mei domini Castellani Gnesnen. is cum proxime ante illius mortem, propter casum, qui illi contigit, dum Pisdrensem Praefecturam, vice ipsius administraret, ab illo discessisset, hucusque sine certo domino fuit, cuius rei taedio permotus nuc tandem, ad Magciae vrae aulam, adiecit animu, meque rogauit, vt illu Magciae vrae, in seruitorem comendatione mea addicerem. Ego tametsi non libenter seruos cuipiam comendare et obtrudere soleam, nolens tamen precibus illius deesse, et sciens illum probum, ac honestu, deque fratre meo bene meritu esse, Plurimu rogo Magciam vram, vt illu in numeru seruitorum suorum recipere, graciaque sua complecti velit. Ego enim vicissim hoc omni offitio amicitiae, et beneuolentia fena, Magciae vrae referre curabo. Cuius nunc etiam beneuolentiae, et amori me plurimu comendo. et eam faelicissimam esse, atque in multos annos, cum suis omnibus sospitem ac incolumem, vehementer desidero. Datu in Bolechowice xx. Junii.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Christofero Schidlowieczki Castellano
Cracc.

Magnifice domine, domine et amice honoran.me

Tametsi iam ab initio primi sermonis, a domino Capitaneo Samogitiae, cum Mag.cia v.ra, de matrimonio habiti, cognitae mihi satis, et perspectae essent, vtriusq. v.rarum d. voluntates, et affinitatis inter se comparandae studia, factumq. post hac domini Capitanei cupidum nimis, et imprudens mutatio voluntatis, notissima mihi existeret, qui status tamen reliquus esset negotii, aut quid vtrinq. ob mutatum consilium ageretur, ad hoc vsq. tempus ignorabam, nam neq. ab illa parte, neq. a Mag.cia v.ra, quidq. mihi erat, de hoc insinuatum, verum nunc acceptis a domino Choienski litteris, et ab ipso quoq. d. Capitaneo, abunde cognoui, quam ~~fiat~~ sit ille sollicitus, et laboret multum, vt Mag.cia v.ra placari possit, vt ipse errati sui veniam consequatur. Ad me enim scribens, multis verbis explicat, quam illum nunc pudeat, et paeniteat facti, agnoscens et confitens errorem suum grauem, consiliumq. et adiutorium vndiq. implorans, vt Mag.ciae v.rae reconciliari, et cum illa redire in gratiam possit. qua de re, cum huc misisset nuntium, rogaretq. a me diligenter, vt pro beneuolentia, et coniunctione fraterna, quae mihi cum Mag.cia v.ra intercedit illum in deprecatione veniae, apud M. v.ram adiuuarem. Ego et illius postulatione ista prouocatus, et Mag.ciae v.rae humanitate fretus, illam vehementer rogo, vt ex animo iniuriam deponat, d. Capitanei excusationem et factum, quod iam reuocari nequit, boni, et aequi consulat, tum demum, vt Regiae, et Reginali M.ti, de hoc intercedentibus,

et amicoru multoru petitioni obtemperet. nam cum ille hoc
tam sollicite querat, et Regia, ac Reginalis Mtas atq ami:
ci Magcia vra suadeant, non potest nisi sumu honorem,
et benigni humaniq animi laudem Magcia vra apud omnes
afferre, illeq hoc quod inconsulte admisit, aliquo alio insigni
contrario facto poterit expiare, si facilem in deprecando
animu Magcia vra cognouerit, et ego si quid comendatione
hac mea effecero, referre semper id beneuolentia mea, et ami:
cis officiis Magcia vra studebo. Cuius me amori, et beneuo:
lentia fraterna plurimu comendo, falmamq esse vram. Mam
et optime cum suis omnibus incolumem vehementer desidero.
Datu Cracouia. va Maii.

[illegible] petitionem [illegible] Nam cum ille hoc
[illegible] et Regiae [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Christofero de Schidlowiecz Castell.o
Craccouiensi.

Magnifice domine dne et amice honoran.me Rediens nunctius meus attulit mihi lras Vre M. In quibus quia declarat M. Vra, se ad arbitrium M.tis Regie et R.his causam sue, cum Dno Capitaneo Samogitie reconcilia: tionis reiecisse, plurimum mihi satisfecit hoc illius iudi: tium. Namqz puto exinde non solum M.am Vram honorem et dignitatem consequi posse quod persuasio: ne tantorum principum et multorum amicorum consi: lijs paruerit, verum et filiam illius summa felicitate et commodo post hac vsuram quod cum bona gratia a nuptijs tam inconstantis hominis sit recessum. Nunctiu Dni Capitanei Samogitie, qui istius mei redditum a M. Vra expectabat, iam rursus remitto, et in nego: tio hoc, vti mihi videtur magis ex honestate M.e Vre iis rescribo, qui ad me quoqz huc satis longas scripse: rant lras. Commendo me amori et beneuolentie fra: terne M.e Vre, quam sanam felicem et incolumem cum suis omnibus esse vehementer opto. Datum Crac. viij.a Maij

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Christofero Schidlowicio Castellano
Cracc.

MAgce domine dne et amice honorandissime.
Heri cum propter languorem ex pharmaco accepto
domi me continerem. Conuenerunt me multi primarii
et nobiles viri, et insignium offitiarum Mtis Regie
prefecti. Declararuntq mihi verborum prolixo du:
ctu. N. Wroniczki facti sui plurimum penitere, do:
loreq grauiter et acerbe, q ex numero seruitorum
Mc Vre sit exclusus, vnde plus sibi molestie et infa:
mie allatum putat, quàm si vel grauissia corporis sui
pena ob erratum comissum fuisset affectus. Quam rem
cum domini prenominati docerent sibi nimium asperá
visam, et ad ferendum ei supramodum grauem, qui
multorum an̄orum promeritam Mc Vre gratiam
vno nunc momento temporis amitteret, potissimiq sui
boni et expectationis impendenti casu iacturam faceret,
consiliū se cum Magco dno Aud. Palatino Crac narrarūt
iniuisse, vt corporis pena illi imposita, et facinus com:
missum potius purgaretur, et Mce Vre de eius te:
meritate satisfieret, quàm quod vel minima offensio
in animo Mce Vre contra illum suscipi debeat.
A me vero contenderūt, vt ad hanc illorum sententi:
am accederem, Mceq vre ita placatum redderem
animum, vt carceris penam in quam Vroniczki, spon:
te se dedidit, et tot insignes viri excogitarunt, pio et
clementi animo susciperet, et aliquanto post in gratiam

231

illum suam restituere velit. In qua re equidem fa:
teri etsi ego illum et in M.am V.ram, et in me ecclesiamque
meam graviter commisisse animadverteram. Quia tamen
tot gravissimorum virorum, et precipue Mag.ci D.ni
Palatini Crac. hanc esse sententiam video, ut potius
carcere vel gravissimo puniretur, quam privetur gra
~~Ille~~ Magnae V.rae, vehementer illam rogo, ut eam rationem
pene repetende, qui delict approbare spemque illi recu:
perande, quandoque gratie sue relinquere dignetur,
Nam si id fecerit M.a V.ra multis hominibus, pre:
sertim vero d.nis prenominatis amplissime satisfa:
ciet. Commendo me amori et benevolen.e sue V.re
M.ti Quam felicem esse et in multos annos, cum suis
omnibus sospitem ac incolumem, vehementer desydero.
Dat. Crac. XVI.a Aprilis.

P. Tomiczki Ep.s Crac. Vicecancell.
Christofero Schidlowieczki, Ca:
stellano Crac.

M

Ag.ce domine d.ne et amice honorande. Martinus Strze:
zewski, qui has litteras reddet M.ce V.re, plurimum
a me rogavit, ut illum comendatione mea in gratiam
M.tie V.re restituerim, quam ille admisso nescio quo suo
offendisse se mihi declaravit, ob quod nunc quoque ab aula
illius, in qua ante cum honore et voluptate est diu ver:
satus, exclusus existit. Quare ego partim illius precibus
permotus, partim etiam quod intelligat generosi liberalis
ac pii animi esse erroribus humanis dare quandoque

veniam, M.ciam V.ram rogo, ut illum recipere in gratiam velit, et hoc erratum commissum, cuius illum vehementer poenitet illi condonare. Post hac enim vult cavere diligenter, ne eiusmodi quidque committat, quod M.tis V.rae displicere possit. Cuius amori et benevolentiae fraternae me ex animo comendo, et eam sanam salvam et diu cum omnibus incolumem esse vehementer desydero. Datum Cracoviae die VIIJ.a Iunij.

Sigismundus primus rex Poloniae
Ferdinando Romanorum Regi.

Accessit huc ad nos Henricus qui se nominat Seniorem Burgrabium Missne, Comitem in Hartenstein et et dominum de Plauen, declaravitque nobis, quod miserabili et iniqua sorte post mortem patris sui, non modo bonis omnibus hereditariis exutus fuerit, sed impietate matris sue, in fama, nataliumque honestate acerbe lesus, quando equidem morte sublato patre suo affirmet vitricum hereditatem suam, fratris, et sororum legittimarum, reiectis testamentariis Tutoribus occupasse. Matrem vero ad persuasionem vitrici, de se, quod filius eius legittimus non esset palam proffessam esse. Adhec accessisse et aliud longe, intolerabilius malum, quod cum delatus esset apud M.tem V.ram, tanque conscius homicidii, cuiusdam adverse partis hominis, neque ius suum de bonis tuto prosequi posset, neque publice fidei literas ad purgandam suam de crimine homicidii innocentiam impetrare apud M.tem V.ram valeat. Cuius rei gratia, cum ad summa

egestatem et extremam miseriam redactus supplex hic a nobis patrocinium imploraret, M^tem V^ram Ser.^mam plurimum rogamus, velit illius miserabilem conditionem piis et misericordibus oculis respicere, et tam de natalibus et hereditate paterna, quam ocupari sibi per vim affirmat, iusticiam ministrare, quam etiam de saluo conductu prouidere, vt homicidii facti insimulationem legittimis probationibus a se depellere, seque et innocentia suam iustificare, M^ti V^re Ser.^me possit. Quo M^tas rem sua pietate, et regali iusticia dignam, nobisque non mediocriter gratam prestabit, et hanc miserabilem personam ab interitu et desperatione liberare dignabitur. Commendamus nos amori et beneuolen^e sue M^tis V^re Ser.^me quam in sua gloria et perhenni felicitate multos in annos, sospitem sanam et incolumem esse ex corde vehenter optamus. Dat. Anno domini M^o D^o XXXI°

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Clementi Abbati monasterii S. Crucis
in Caluo monte.

Reuerende domine frater in Chro charissime. Probamus quidem nos factum P. V^re quod fr^es suos diligenter in offitio professionis contineat, quodque sua quemque disciplina et correctione regulari pro merito coerceat. Quia tamen pater iste Laurentius suplex ad nos venit penitudine preteritorum errarorum ductus, Et profusis lacrimis obsecrauit, vt partes nras, apud V^ram P^tem

interponeremq quo se in locum pristinum observantie restituere, et in paternam pietatem rursus recipere ve:
lit. Nos reiicere illum, a pontificali qua fungimur pieta:
te nolentes. P. Vram rogamus, ut quantum patitur hu:
manitas et honestas pie cum hoc fre suo agere, et il:
lum rursus in numerum et locum priorem restituere
velit. Promittit enim deinceps nihil esse se admissurum,
quod vel contra honestatem, vel contra professionis sue obe:
dientiam factum iudicari deberet, quod si forte non pre:
staret, sicut promittit, neque nos amplius pro illo unque
verbum facere vellemus. Nunc fri illo in calamitate
et merore constituto, licuit ita providere ne in despe:
rationem pauper adducatur. Bene valeat Vra Ptas
et nos in suis et fratrum suorum orationibus habeat
comendatos. Datum in Kielce XVIIIa Ianuarij
Anno domini M°. D°. XXXI°

Sigismundus Rex Polonie

VEnlis et religiose devote nobis dilecte. Perlatum est
ad nos te detinere pignoris loco calices tres et paci:
ficalia duo inaurata de Ecclia Trocen, per prepositum
quondam Szczikoczki amota. Quod argentum cum nos
illius ecclie, cuius nos tutor et patronus sumus, esse pro:
prium sciamus, cumque audiamus, non ad aliquam evi:
dentem eiusdem Trocensis Ecclie necessitatem, sed pro
voluptate tantumodo sua prepositum tibi illud pignori
dedisse preteremittere nollemus, ut nobis scientibus,

vel amitti vel comminui aliqua in parte debeat. Quare
tibi presentibus mandamus, ita omnino habere volentes,
vt visis presentibus hoc ipsum supra nominatum argentum
Ecclesie Trocen. restituas, illudque in manus Ven.lis Io:
Domanowski prepositi Vilnen. des et extradas sine
aliqua cunctatione, vel pecunie mutuo date repetitione.
Namque id quod in priuatos vsus Szczekoczki conuertit,
ecclesia dissoluere non tenetur. Ceterum si tue pecu-
nie compos esse volueris ab executoribus defuncti iure
cirographi illam repetas, aliter non facturi pro gra-
tia nostra. Datum Crac. XXV.a Iulij Anno Domini
M.o D.o XXX.o

Sigismundus primus rex Polonie
Venerabili ac religioso fratri Marco
à Turri veneto Commissario et mini-
stro fratrum conuentualium S.
Francisci devoto nobis dilecto

Venerabilis et religiose devote nobis dilecte. Defferetur
sepe ad nos, quod bona virginum in monasterio Sandecen. deo
dicatarum per malam administrationem prefectorum, qui
ab illis sine delectu constituuntur, ad deteriorem in dies con-
ditionem rediguntur. Que bona quoniam scimus nos
à predecessoribus nostris, illi monasterio esse assignata:
nostra interesse ducimus, ne per incuriam et negligen-
tiam, illarum virginum fructibus ad suppeditanda eis
alimenta minuantur. Quare D.nem tuam hortamur, et
pro nostra autoritate Regia illi mandamus, vt illuc ad
monasterium dictarum virginum descendens omnia,
que ab illis inutiliter in bonis gesta vel constituta sunt,

cum nr̃a tum sua autoritate revocet, Et denuo que ad illarum comoditatem et diuturnum rectum in rebus ordinem spectare videbuntur, Eadem autoritate statuat et promittet, factura tua D^o. pro suo officio et gr̃a nr̃a.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Andree abbati Tinecen.

Rx^de pater frẽ in Chr̃o char.^me Non semel iam cum magna nr̃a molestia et rubore M.^tas Regia de vobis idem, quod et de ceteris eius temporis abbatibus nobiscum expostulavit, q̃ scil bona monasterii vestri intemperanter nimis et inmodeste nobis conniventibus distrahabatis, que tñ ideo vobis et vr̃e administrationi credita sunt, vt illa si adaugere pro industria non possetis, saltem ita integre, vt accepistis ad subministranda fratribus vr̃is deo devotis alimenta conservetis, vnde cum nos videamus non mediocre nobis comparandum vestra causa odium, ne in posterum in similem M.^tis Regie obiurgationem recidamus, vos frẽne primum, deinde pro offitio pastorali in virtute sancte obedien.^e vt sub pena depositionis vobis mandamus, ne vlla in re monasterium vr̃m et bona ad illud et vos spectantia concernente aliquos contractus, conventiones, pacta, concessiones, vel quascunque obligationum inscriptiones, facere deinceps, sine scitu nr̃o et M.^tis Regie, consensu audeatis, cum enim M.^tis sue predecessores bona

ista, ratione cultus domini propagandi monasterio contulerunt, neqz nos, neqz M^tas sua permittemus, in alios usus illa accomodari vel distrahi. Haec vobis pauca admonitionis fraterne causa scribere voluimus, quasi vos abuti cognouerimus, nihil verebimur, pene proposite exequutionem in vos extendere. Bene valeatis et felix semper sitis, nosqz in vestris et fratrum vestrorum orationibus habeatis comendatos. Datum Cracouie xij^a Decembris Anno dni M°. D° XXXj°

P. ~~Tomiczki Epus Cracc~~ Vicecancell.
Andree abbati TINECEN.

Sigismundus primus Rex Poloniae.

Venerabilis et religiose deuote nobis dilecte: Pluries iã dici accepimus D. tuam vel nature facilitate, vel negligentia comodi suorum fratrum, bona monasterij sui, que administrationi sue comissa sunt, non equis permutationibus, perpetuis vel ad longum tempus alienationibus, et aliis in vsum, vel vsumfructum, temporariis equidem, sed noxiis tñ concessionibus, et inscriptionibus distrahere. Que res et si non mediocriter semper nob displicuit, nunc tamen maxime nobis molesta et grauis existit, cum audiamus D. tuam, licenter nimis per quosdam contractus Iuris secularis, nescimus q̃ decentibus, bona Monasterii sui certis personis ad vitam obligare, vel inscribere velle. Que bona quoniã à predecessoribus nris Monasterio data esse scimus, non vt per momentaneos Abbates pro libidine distrahãtr

sed ut ex illis victus religiosis, ac deo mancipatis personis, que assidue in templo dei pro bono ac tranquillo statu nostro ac repub: regni nostri orant subministrentur. D.nem tuam hortamur, illiq serio et severe mandamus ne deinceps in bonis Monasterii sui, aliquas alienationes permutationes vel quascumq concessiones irrequisitis nobis facere persumat. Nam non modo illud quod erit sine consensu nostro factum irritum et inane decernendum, sed etiam de amouenda D.o Tua veluti inutili administratore consilium cupiemus. Aliter non factura D.o Tua pro gratia nostra. Dat. Crac. XIIa Decembris, Anno Dni M.o D.o XXXI.o

NB

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
electo abbati monasterii Coprziwniczen.

Religiose pater frater in Christo char.me Nondum mihi reddite fuerant lre vre, cum iam de vra electione, et prioris abbatis depositione apud M.tem Regiam et alios dominos regni consiliarios erat mulgatum, et simul persuasum M.ti sue hanc electionem vestram ad iniuriam abbatis prioris ex fratrum conspiratione esse factam, qua re plurimum comota M.tas sua cum iam et electionem vram irritam facere, et bonorum monasterii possessionem D. Capitaneo Sandomiriem. committere decreuisset, venimus nos insperato, et in sermonem, qui de vob in consilio habebatur, casu incidimus, vbi tametsi, ignari, et plane eorum, que apud vos acta sunt, inscii essemus causam

tamen vram, et monasterij vestri pro offitio nostro pastora:
li viriliter deffendimus et obtinuimus, ne aliquod ex com:
missione regia in bonis monasterii vri fiat donec nos istuc
aliquem de nostris doctoribus et Canonicis mittamus,
qui et cognoscat singula que egistis, et Mti sue et nobis ref:
ferat, vt tum demum Mtas sua vna nobiscum id quod equm,
et honestum esse videbitur, statuere de electione vra, et
prioris abbatis depositione possit. In qua re cum et nos
edocti fuerimus partes nras simul cum officio pastorali,
interponere non granabimur, vt que recto consilio et in:
commodum monasterii facta per vos agnoscentur, Mtis
regie et nra authoritate confirmentur, et aprobentur.
Vos interea eritis parati, ad docendum electionis vre,
Canonicum et regularem processum. Nos enim post do:
minicam inuocauit, aliquos ex nostris istuc mittemus, qui
de omnibus, quomodo sunt inter nos vtrinqz acta sci sci:
tabuntur, et diligenter, ad quod tempus et diem, vt do:
minus quoqz Abbas Vancboccn, et abbas ille nuper de:
positus istuc ad vos veniant. Operam vram faciatis, il:
losqz de venturis istuc aliquibus Cancis nris, ad inqui:
rendum de causis depositionis prioris abbatis, et processu
electionis vre certiores faciatis. Et bene valete,
nosqz in vestris et fratrum vestrorum orombus habea:
tis comendatos. Datum Cracouie vja Februarij
Anno Dni Mº. Dº XXXijº



P. Tomiczki Cpus Cracc viceeancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

SAcra Regias M^tas et dnē dnē clementissime.
Post humilem servitutis, et orationum mearum commendationem, Decessit e vivis non multo ante Abbas Sancte Crucis in monte Caluo, et in eius locum alter nunc est Canonice electus et subrogatus ex nomine clemens, pater equidem religiosus, et aprobitate integritateq iampridem apud omnes commendatus, quiq antea etiam hoc ipso munere Abbatie fungebatur. Is cum sciret post electionem suam presentare se debere M^ti Vrē Ser^me vt ab illa confirmetur. Non esset q adeo diues, et potens qui ad hoc prestandi, tam longinquo itineri se posset committere, preterea q meo suasu et hortatu, profectionem hanc deseruit et neglexit, Petiit se meis lr̄is apud M^tem Vrām excusari. Ego vero, quia credo M^tem Vrām, minime optare, vt is presens sit cum illa, Absentem illum commendo M^ti Vrē Ser^me et testificor eum probum et dignum virum esse. Simulq rogo, vt boni consulere primum M^tas Vrā hanc eius a proficiscendo cessationem, deinde illum prout meretur ad Abbatiam confirmare dignetur. Quo procul dubio rem benignitate sua dignam, faciet M^tas Vrā Ser^ma et qua ille magnam incomoditatem subterfugere, et periculum itineris deuitare poterit. Felicissima sit semper M^tas Vrā Ser^ma et cum suis charissimis

liberis et coniuge Ser.ma, in plurimos annos viuat, et sit
incolumis. Cui etiam atque etiam humilem seruitutem meá
suppliciter comendo. Datum in Boczanczin. etc.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Joanni Choiensky Archidiacono Cracc
Praeposito Posnanien. Et secretario Regio.

VEnerabilis dne, frater in Chro char.me Cum non pridem
obijsset Abbas S. Crucis, et in illius locum alter lectissi9
pater et integer, Clemens nomine sit suffectus, ex moreque
hoc tenebatur, vt se Regie M.ti presentaret, ab illaque con:
firmaretur. Nos quia ille egens erat, et non satis ad hoc
longinquum iter obeundum firmos, autores illi fuimus di:
mitende et deserende eius non necessarie profectioni, prede:
staturosque nos esse sumus illi polliciti sic absentem, M.tem
regiam confirmaturam, et electionem eius aprobaturam.
In qua re dedimus quidem ad M.tem suam lras. Sed et
vobis etiam hoc negotium diligenter comendamus, et roga:
mus vos, vt illi confirmationem impetretis, et scribi faci:
atis, ac ad nos mittatis, Quo multum et Abbati comodabi:
tis, et nobis rem plurimum gratam facietis. Optime va:
leatis et sitis semper incolumis et foelix. Dat

276

Sigismundus primus rex Poloniae Joanni de Tarnow Palatino Russiae ac Sandomirien. et Exercituum Regni Capitaneo.

MAgnifice sincere nobis dilecte. In gravi querela ad nos detulit Venerabilis et religiosus frater Michael Abbas Monasterij Coprzivnicen., quod nonulli nobiles, et pleriq. alij homines, multas iniurias, gravamina et damna, ipsi Monasterio, bonisq. et subditis eius, tam in eorum finibus, q. etiam in aliis rebus inferrent, supplicans sibi in premissis de remedio oportuno per nos provideri. Nos itaq. qui sumus omnium Monasteriorum Regni nri patronus generalis, et non solum de quieto et tranquillo statu, secularium subditorum nostrorum, verum etiam religiosarum personarum, in ipso Regno nostro Domino deo famulantium, et pro nra, ac predecessorum nostrorum salute, et felici statu eiusdem Regni nri deprecantium solliciti, volentes predictis iniuriis, et gravaminibus, ne deinceps inferantur obviare. Tuam S. in ~~spiritualem~~ specialem defensorem et protectorem, Monasterij prefati Coprzivnicen., et bonorum ac subditorum eius, dandum et deputandum duximus, et harum serie litterarum deputamus, Mandantes ut hoc ipsum Monasterium, et bona ipsius, ac personas in eo, et in bonis eius degentes, ab omni impetitione, iniuria et violentia quarumlibet personarum, auctoritate nostra Regia tueatur et defendat, nec eidem monasterio, ac ipsis bonis et subditis eius, aliquod damnum, vim, vel detrimentum inferri, aut irrogari permittat. Factura id tua S. pro officio

suo, et gratia nostra. Datum Cracoviae feria tercia proxima post dominicam laetare

P. Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Abbatisse et caeteris sororibus conventus S. Andreae Crac.

Nobiles et deodicatae virgines, in Christo nobis dilectae. Accepimus litteras vestras, quibus querimini graviter contra officiales nostros, quod vos ob non solutas contributiones in Sinodo provinciali pro repub: regni deffensione institutas, censuris ecclesiasticis innodaverint, vestrisque Sacerdotibus inhibuerunt, ne coram vobis, rem divinam facere, et missas celebrare audent, commemoratisque quod vobis tanta contumelia, nunquam fuerit, sub tegmine predecessorum nostrorum irrogata, et privilegia vestra ac ordinis vestri pretenditis, quibus putatis vos, a iurisditione nostra ecclesiastica esse immunes. Nos quidem molesto animo audivimus, quod sentenciae excommunicationum, in vos sint promulgatae. Sed non minus id dolemus, quod vos nescimus qua consciencia et fronte, cupitis vos subtrahere a iurisditione nostra ecclesiastica, et decretis Sinodalibus parere recusatis, quibus iure obedire debetis, cum bona temporalia habentes, sitis sub iurisditione et tutela nostra, teneaminique, ut aliae personae ecclesiasticae de iisdem bonis vestris contribuere id quod in Sinodo statuitur, pro communi deffensione, prout illae quae ante vos fuerunt in isto cenobio, et sacro loco virgines, ut libri antiqui, qui in ecclesia nostra asservantur testantur, semper contribuerant. Quod

autem allegatis vos, quod nunquam eiusmodi contributiones antehac soluistis, hec poterant vobis per reges et predecessores nostros Epos Crac. nonnunquam ex causa legittima dimitti: in vniuersum tamen vos ab illis liberas non fecerunt nec facere potuerunt. quemadmodum neque nos possumus. vt tamen nos tranquillitati animorum vestrorum in presens consulamus, et hac molestia, in qua nunc estis constitute vos liberemus, Mittimus vobis litteras nostras absolutorias, quibus tollimus censuras ecclesiasticas contra vos latas, ad festum S. Egidii proximum Volumus tamen vt interim contributionem saltem anno ab hinc secundo decretam, soluatis, de cuius summa detrahebitur et defalcabitur vobis id quod soluistis de censibus nudis, hoc est, de theloneo, de molendinis que pensionem peccuniariam, non autem frumentariam, quotannis pendunt, et alijs prouentibus peccuniarijs, que in laneis agrorum non includuntur. Nam ~~anima~~ ut diximus, iure et cum bona conscientia vestra non potestis vos eximere priuilegijs vestris a decretis nostris ecclesiasticis, que omnes tam seculares quam regulares obseruare vbique locorum tenetur. Bene valete et nos in vestris orationibus habeatis commendatos. Dat.

Petrus Tomiczki Epus Craconien
D. Thome Roznowski Canonico
Craconiensi

V Enerabilis domine frater in Christo charissime Querelas et eiulatus monialium de S. Andrea, quos ad nos litteris suis lachrimis ablutis detulerunt ferre non valentes, absoluimus illas a censibus ecclesiasticis, quibus eas ob non

solutas contributiones moderari fecistis, usque ad festum S Egidij proximum ea lege, ut interim soluant contributionem saltem anno ab hinc secundo decretam, de cuius summa volumus ut eis detrahatis, modos census, si quos de bonis suis in manus exactorium secularium anno preterito soluerunt. Commendamus autem curam et diligentiam vram, quam in exigenda ipsa contributione, a multis hactenus non soluta, impendere non desistatis, et volumusque ut illam facere non intermittatis, qua in re nos autoritate nostra vos adiuuabimus. Non enim volumus id ullo pacto sustinere et ferre, ut quispiam se immunem faciat, ab obseruandis publicis totius prouinciae institutis. Quinimmo quaeremus vias, et modos honestos, ut omnes in nostra ecclia aut diocesi, sacerdotia habentes illis pareant et satisfaciant. Bene valete et nos in vestris orationibus habeatis comendatos Datum.

Petrus Tomiczki Epus Cracouien
Nicolao Brolinski Scholastico et Vicario in spualibus Crac generali.

VEnerabilis domine frater in Chro char.me Gratissimum est nobis, quod singularem animi leticiam et voluptatem concepistis, ex recuperata nostra pristina valetudine, dumque Deum oratis, ut nos in illa diu foelices et incolumes conseruet, quod ut deinceps semper faciatis, plurimum vos rogamus, adhuc enim ex pedibus laboramus, qui nobis intumuerunt, ad quos melius curandos, intra octo dies ad summum, deo bene iuuante, in Kielcze nos conferre decreuimus,

P. T. eps C...

Vbi mutato celo et salubriori aura, cum primum recte cõfirmati fuerimus, è vestigio istuc ad vos venire prope: rabimus. Interim autem optamus vos bene ac feliciter valere, nosqz orationibus vestris comendamus. Dat. etc.

Petrus Tomiczki Epus Cracouien
Capitulo Ecclie Collegiate Sancte
Marie Sandomiriensis

VEnerabiles domini fratres in Chr̃o charissimi. Cum esset hodie apud nos Ven^lis D^s Stanislaus Lipniczki Can^cus et officialis noster Sandomirien et confrater vr̃, exposu: it nobis exortam esse de finibus controuersiam inter vos, et Vincentium Groczki ~~ecclesie~~ Ciuem Sandomirien, Inquiens illum villa Zabin, à domino Czissouien comparata, que vr̃e alteri ville contigua est, publico proposito edicto vos in rem presentem citasse et vocasse, hoc est vt adsitis pre: sentes in bonis ad ecctiam pertinentibus, cum iudices iure dati de agris dirimendis, per limites et fines constitu: ent, idqz non temere faciens idem Groczki, sed vt in: stituti à se initio iudicij prerogatiuam deferendi, seu pre: standi iuramenti in potestate sua haberet. Vos seu pro: curatores vestri contra vitantes fortasse iusiurandum, contrariis edictis, et citacionibus illum reconuenerũt, vt in: teresset veterum terminorum renocationi, qui illic vetu: sti et situ obducti esse perhibentur. Que quidem res cum nobis non parui momenti esse videatur, queqz magnum detrimentum in bonis ecclie illius nisi prouideatis sit allatura; operepreciũ esse duximus, vt vos pro iure,

et offitio nro episcopali tempori, de hac re, per litteras nostras admoneamus. Quare nunc vos diligenter hor: tamur, ut consultatione inter vos habita, aliquem ex vobis deligatis, qui tutellam et patrocinium eius controversie ita suscipiat, ut si opus esset iuramento rem con: firmare, non recuset id facere, siquidem ad relatione senum capitularium possit quis citra periurium appa: rentes tumulos seu scopulos confirmare iureiurando terminos finium esse, et sic ecclie bona ab actione et impeticione adversarij periculosa vindicare. Namque me: tuendum nobis videtur, ne si illi iuramentum deferat, obequitet deinde ille omnes agros, qui septis circum: ducti non essent, iuretque illic fines esse, contra quod post modum iuramentum cum nulla vobis exceptio competeret, facile bonis ecclie, grave detrimentum faceretis.

Iterum exposuit nobis is idem officialis nr plurimos ex vobis esse, qui contributionem publicam et symbolum capitulariter, quod vulgo fabricam vocant, per vos sartien: dis tectis, vel reliquę fabricę templi decretum, quod vul: go fabricam vocat, non solvatis, quo cum nobis videa: mini magnum et publicis decretis, et vestris constitutio: nibus preiuditium afferre, duximus vos et ob hanc rem cohortandos, ut vos scz ad ceterorum vestri ordinis hominum et frum rationem comparetis, idque quod et iure, et ex honestate debetis, sine controversia aliqua dissol: vatis, alioqui nos iure nro in vos utemur. Dandis in vos scz censuris ecclesiasticis, et redditibus vris, per sequestros intercipiendis, In quo ut nobis causam non prebeatis, vos plurimum rogamus. Valeatis felices, et incolumes omnes, dumque deum pro nobis et ipsi oretis et orari faciatis. Datum

P. Tomiczki Epus Crac Vicecancellarius
Prelatis et Canonicis Ecclie Collegiate
SANDOMIENSIS

Venerabiles domini fres in Chro charissimi. Intelleximus ex litteris vestris, que nuper circa constitutionem limitum inter bona ecclie Sandomirien, et villam Vincentij Grozki, ciuis Sandomirien acciderunt, et que etiam ipse Grozki impotenter, et per summam audatiam, partim in colonos, partim in apiaria siluestria, et agros bonorum ecclie comiserit. Que omnia quia ad damnum istius eccle pertinere videntur, suntqz pessimi exempli, magnopere nos permonerunt, et pro nro quidem officio, ne nos in talibus dormire Grozki existimet, Scripsimus illi lras, quibus illi denunctiauimus, quod de vi et iniuria ecclesie nobisqz illata contra illum agere velimus, hortatiqz inprimis illum sumus, vt pro iniuria colonis satisfaciat, damnaqz sua causa data, illis sarciat, Verum et de vobis prelati et Canci confratres vri queruntur, quod cum presentes assidue circa ecclesiam sitis, fructusqz omnes soli percipiatis, et villas administretis, nullum tn vel minimum onus pro libertate ecclie vre, proqz defensione bonorum suscipere velitis. Sed occasione accepta in absentes conquerendi omnem culpam, male administrationis in eos reijciatis, cum tn vobis eam ipsam culpam illi attribuendam existiment, qui vltra consilium, quod comuniter ab omnibus debetur, curam etiam, et operam maiorem pro emolu:

mentis, quę illius capitis, prestare debeatis. Quare et hortatu illorum, et nra sponte, vos hortamur, ut diligentius qz hactenus fecistis curam defensionis bonorum habeatis. Nam id nemi alteri ex confratribus ita comode committi potest, cum preter vos nemo sit, qui et bona et consuetudines, ab antiquo, in illis obseruatas nouisse possit. Bene valeatis, felicesqz sitis omnes, et nos in vris et cleri eccliē vrę orōmbus habeatis comendatos. Datum Cracouie &c.

P. Tomiczki Epus Cracouien Vicecancellarius

Stanislao Lipniczki Canonico et officiali

SANDOMIRIENSI

VEnerabilis domine frater in Chro charissime, graui et molesto tulimus animo, qp vos contra omnem ęquitatis rationem ab offitio Iuramenti pro bonis eccliē iuste prestando, nimis impertinenter, et minus prudenter excusetis, qdqz tam magne honeste, et necessarie rei inanes quosdam fucos, et impedimenta leuia obyciatis, quasi hec que ad voluptatem vobis seruiunt preferre his, quę ad necessitatem et iusticiam eccliē, pertinent magis conueniat. Quę excusatio vra, cum eadem ratione et merito debuit, Reliquorum etiam omnino illius eccliē prelatorum et Canonicorum animos comouisset: Accesserunt ad nos simul omnes, et acerbe sunt de vra ista nimia inhumanitate questi, subinde petentes, vt potius qz bona eccliē ob vrius temeritatem, et inobedientiam periclitari, et detrimentum capere deberent, nos aliquem ex eis in collegā domin

Archidiacono pro iuramento prestando, vel sorte, vel
iudicio nro designaremus, se enim singuli pro se quisque
prouinciam suscepturos pollicebantur. At cum nos post
hac illorum facilitate, equum iudicaremus nihil statuere
nisi quod comuni deliberatione fuisset ab illis decre:
tum, retulimus hanc rem rursus ad illorum capitulu
in consultationem, quam tn in presentia nra adinuicem fe:
cerunt. Et unanimi voto nobis aprobantibus ita conclu:
serunt, ut e medio hic illorum absentium unus, vobis
vero qui istic a longo tempore residetis, alter ad pre:
standum Iuramentum designaretur. Ad quod munus in:
ter se preter D.m Archidiaconum Sandomirien, expedi:
tiorem inter istos, qui hic resident, magis idoneum, et
magis obligatum reperire nemine potuerit. Quare et
domino Archidiacono in virtute sancte obedientie
coram verbo in presentia nra mandarunt, et vos per
lras suas hortantur, et rogant, et nos quoque pro auto:
ritate nra pastorali, presentibus mandamus, ut ad fe:
riam secundam post festum exaltationis sancte Cru:
cis proxm ad locum, per Magcum D.m Palatinu
Russie, in decreto designatum, cum D.no Archidiacono
conueniatis, ibique inuicem, nomine totius capituli iura:
mentum tale prestetis, quale et per equitatem, et per
iustitiam facere in tuendis bonis ecclie conueniet,
quod si facere recusaueritis, presentibus lris penam
vobis centum marcarum irrogamus, per censuras eccla:
sticas a vobis exigendam. Illud vero quod negligentia
vra ecclie bonis erit detractum, a vobis capitulum iure
repetere debebit, in quo nos autoritate facultateque
nra illis aderimus, nam non liceret tam irreuerentem,
et inmodestam inobedientiam inpunitam relinquere, ha:
betis ex his et dominorum de capitulo, et nostri iudicij

sententiam, ad quam vos ita adaptetis, sicut et offitium
erga ecclesiam vestram, et expectatio de vobis nostra, requi-
rere magis videbuntur. Bene Valeatis Datum etc.

P. Tomiczki Episcopus Cracoviensis Vicecancellarius
Ieremino Shaffraniecz Capitaneo Chan-
cziniensi.

GEnerose domine amice charissime. Questus est nobis ple-
banus de Szamiecz, Graves sibi a prefectis et servito-
ribus D. Vestre, inferri assidue iniurias, qui scilicet pasti-
ones et pascua, ad pabula armentorum prestantia vi-
olenter sibi depascant, segetes vicient, et conterant, aliaque
sibi contumeliosa multa inferant. Que cum non modo
illi, sed et nobis qui omnium sacerdotum curam et tute-
lam gerimus, molestissima et gravia oportere esse existi-
memus, Credere quidem non potuimus D. Vestre scien-
tia id fieri, quod ad iniuriam nostram spectaret, suspi-
candum tamen contrario relinquitur, in iussu, seu conniventia
domini factores quicque admittere in nostros ausos non
fuisse, Et tamen utcunque fuerit, nobis per literas agendum
putavimus cum D. Vestra, quam plurimum rogamus, et item
hortamur, reprimat suorum procuratorum vel factorum
temeritatem et violentiam, plebanumque nostrum opprimi denicepts
nos patiatur, nec minus quo minus iniurias et damna sibi
inferri prohibeat, deterreri permittat. Nos enim et in ma-
gnis, et in minimis nostros sacerdotes sumus semper pro offitio
nostro pastorali contra quemcunque tutaturi, nisi vis et petu-
lantia hominum eorum qui sibi iniuriam inferunt reprimatur.

D. tui vrē hoc significandum duximus, quam non puta:
mus nobiscum et cum nrīs sacerdotibus, inimice vivere
velle, Quam qȝ felicem esse, et optime valere cupimus.
Datum in Bodzanczin &c.

P. Tomiczki Epūs Crac Vicecancellarius
Nicolao de Schidlovecz Castellano Sandomi:
riensi Thesaurario Regni POLONIAE

MAgnifice domine, amice charissime ac honorañ.
Reddite sunt mihi lr̃e M.cie vr̃e, quibus culpat vicarios et
offitiales meos, quod admissa cede plebani in Glowaczow, in:
terdixerint diuinorum celebrationem, vti in reliquis vici:
nis templis, ita etiam in Schidlowiecz oppido M.cie vr̃e, ‡ faciendo quasi temere, et Mag.tis vr̃e
dignitatis vxoris, et sororum eius, Nulla habita ratione,
In quo an illos excessisse iudicem adduci profecto nulla
ratione possum: Cum hoc illos communi iure et totius Re:
gni more et instituto fecisse certo sciam. Nam et M.cie
vr̃e potest esse non incognitum, cum nobis solam pro cede
presbiteri contra homicidas competere vindictam, vt in
proximis locis sacrificia suspendantur et sileant tanti:
sper diuini cantus, donec occisor reus inueniatur, de
quo communiter illius loci incolas expedit esse sollicitos.
Verum quia ante dies aliquot, deprehensa fuerat mulier
quedam, que subordinata a nescio quo scelesto, dicitur
confodisse iugulum plebano prenominato, relaxataqȝ erat
interdicta omnia, et templorum opus restitutum, Nihil
attinebat M.am Vrãm id iterum postulare sibi dariqȝ.
Ego tñ in omnem euentum, et vt M.cie Vr̃e voluntati satisfacere

Dedi iterum relaxationem istius interdicti, quam servitor Me V.re, qui hic apud me fuit, reddet preposito et sacerdotibus in Schidlowiecz / De tribus marcis quas poposcisse officiales mei dicuntur à relaxatione interdicti, existimo tractatum esse et confictum, nam eiusmodi homi̅es ego prefi: cere unquam dicendo non soleo, qui sordibus et pecunia, et non legibus, vel equitate negotia tractent, et definiant. Et sane legissem libenter l̃ras, quas missas sibi à virgine Elisabet de sprorca M.ª V.ra comemorat, sed servitor M. V.re mihi illas seu exemplum illarum non reddidit. Valeat optime M.ª V.ra, sitq sempex cum suis omnibus felicissima, et me diligat. Datum in Kielcze f.^a vj.^a ante festum margarete

P. Tomiczki Eps Craco vicecancell.
Capitulo Przemislien.

Venerabiles domini, fratres in Chro charissimi.
Accepimus litteras vestras, quibus à nobis postulatis, ut l̃ras Regie M.^tis vobis sub eadem forma, ad inditum Sanocen. daremus, qua olim alias ad id ipsum inditium habuistis, ut scilicet D.^s Adam Wzdowski, numeraret vobis quadringentos flor. in moneta ad M.^tem Regiam, iure caduco post mortem Corzyborski devolutos, et à nobis tunc q̃do isti ecclie Premislien. preeramus impetratos, in quo nos petiõnibus ṽris libenter obsequuti sumus, mittimusq vobis, cum p̃ntibus has ipsas l̃ras, Regio signo obsignatas, priorecq argumento et verbis scriptas. Verum miramur admodum, vos tanto tempore in hac

causa siluisse, et non exegisse id quod ecclie vrē de:
betur. Et proinde vos nunc hortamur, et monemus dili:
genter, vt curetis quamprimum hanc ecclie vrē fie:
ri solutionem, eaq; accepta, pecuniam quē nra opera
et Regiē Mtis liberalitate est eidem ipsi ecclie suē
et templo donata, in ornamenta et vsus eiusdem templi
conuertatis.

Ceterum Mihael Scarbinski, seruitor noster retulit nob
esse quosdam ex collegio vestro, qui irritam facere
vellent donationem quandam in molendino epali, supe:
riori in suburbio Radimnen, sub ecclia S. Nicolai sito,
per Nepotem nrm Rmum D. Andream, plocen nūc, tunc
vero Premislien Epum, cum consensu insigniorum viro:
rum capituli, tunc istic presentium, sibi factam, propter:
ea, q dicant scripturam, vel priuilegium donationis,
non esse maiori signo capituli, sed minori obsignatum.
Nos profecto indignum id esse existimamus vt signi com:
mutacio, episcopali et vrē donationi preferri debeat,
cum maxime omnes qui donarunt extant adhuc, et
minime hanc donationem factam fuisse inficiantur. Quare
rogamus a vobis diligenter, vt ratam habere velitis do:
nationem, sano et certo consilio prenominato seruitori,
nro factam, Is enim vt nobis est cognitum, per multos anos
strenue defendit bona ecclie istius vrē, ab incursibus
infidelium, negotiorumq; Episcopalium diligentem, et opti:
mam semper curam gessit. Et vro honori etiam et constan:
tie plurimum interest, quē semel sunt a vobis data alicui
et concessa, rata et firma habere velle, preterea et nobis
gratam rem facietis, si seruitoris nri equitatis dignam,
et iustam rationem habueritis. Optime et foelices valeatis,
nosq; q debetis precationibus vrīs ad dominū deum et fra:
terno studio sedulo prosequamini. Datum. etc.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Henrico Czisvitz Capitaneo Plezinensi.

Generose domine amice nr dilecte, Accepimus lras vestras, quibus grauiter querim de nobis, q Nicolaum Mgrm schole Plzinen euocari fecerimus ad nos, ad instantiam Iacobi Grzibowski, seruitoris et notarij D. Petri vaporski, decani Ecclie nre Cracouien, et quasi videm velle artari nos, vt nemine ex terra Plzmien in quacunq causa ad nos citari faciamus: Sed vnumquenq ad vos aut dominum vestrum, pro consequenda iusticia remitteremus. Nos meminimus quidem q vos postulastis a nobis, nomine domini vri, ne homines de terra Plzmien citari huc permitteremus, sed vt quisq prius istic apud vos de iusticia sua experiretur, id quod nos facturos nos esse recepimus et promisimus, fecimusq promissioni nre hactenus satis, Nam quod sciamus, nulle lre citacionis nre emanarint, contra subditos et homines seculares Jurisdictionis dni vri. Non fuit tn vnq mentis nre, vt clericos et sacerdotes, qui iurisdictionis nre sut, ad nos vocare, cum ita res exposcerit non deberemus. presertim cum certo didicimus illos adeo multum istic oppressos esse, vt etiam non audeant coram nobis, aut officialibus nris, de suis iniuriis conqueri. Cum aut et Nicolaus Mgr schole, et musicus Plzinen, et Iacobus Grzibowski sint clerici, et ad nrm duntaxat iudicium et forum spectent, non debetis id grani animo ferre,

alter ad nos
q. ~~ad nos~~ illorum citatus, est, de cuius citacione nos nihil penitus hactenus sciebamus. Nam etiam non sperat Iacobus Grziborski, q. a vobis iusticiam debitam consequeretur, cum aduersarius ipsius sit graciosus apud vos. Nos tn facile patiemur, vt idem Iacobus opera et patrocinio vro, iusticiam sibi debitam obtineat, hoc est, vt Nicolaus musicus restituat illi frameam, nonnihil pecuniae mutuae, et instrumentum musicum, quod wlgo clauicordiu vocant, preterea, vt resarciat illi damnum, quod accepit in resignata illi Schola Pilznen., ea lege, ut illum artem pulsandi organu doceret, quamq. ipse illum nunq. docere voluit, prout Iacobus dicit et queritur. Quod ut faciat idem ipse Nicolaus absq. iure et lite vos illum admonere velitis. Aliaquin nos ea que iuris sunt, nemini negare poterimus. Ceterum mittimus ad vos lras nostras, ad principes, et ordines, Slesie scriptas, et rogamus vos vt eas ad illos oportuno tempore transmittatis. Et bene Valete. Datum etc.

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Joanni Czjeski Jan de Tarnow Castell.o
Sandecen. et Capitaneo Pilsnen.

Generose domine frater et amice char.me Acurrit huc ad nos D. Stanislaus plebanus Pilsnen., et questus est grauiter de Vicecapitaneo Vro D. Pilsnen., q. ille rectorem Schole, quem ipse cum consulibus Pilsnen., hinc ex Cracouia euocauerat, et ad regimen ipsius Schole prefecerat, turpiter

et temere de ecclesia et Ciuitate Pilsnen expulerit, vna
cum Scholaribus, quos secum illuc adduxerat, adijciés,
q idem vicecapitaneus fecerit id ex suggestione huius
baccalarij, qui nunc apud nos fuit, et quem ideo ad nos
citari fecimus, vt inquireremus de rei veritate, et nihil par:
te altera inaudita faceremus. Nos mirati sumus plurim
quid vicecapitaneus agere haberet, cum plebano, aut
Scholaribus, aut qua ratione et iure ad regimen schole
se intromitteret, et scholares ex ea expelleret. Nihil tn
vt diximus nisi cognita rei veritate decernere volumus.
Cum autem Vra Do postulat, vt terminum quem is ipse
baccalarius coram nobis habuit, ad feriam quartam post
festum omnium sanctorum proxim prorogaremus, nos ta:
metsi sciebamus graue fore et plebano, et alteri Mgro,
seu rectori Schole, vim et iniuriam passo, tanto tempore
expectare cause huius cognitionem et diffinitionem, vo:
lentes tamen postulatis vre D. facere satis, quo rem me:
lius atq exactius examinare possimus, prorogauimus
non grauatim eundem terminum, ad diem supradictum.
In quo cum vra Do cum consulibus Pilsnen comparuerit,
faciemus id quod ius et iusticia postulare videbitur. Quia
vero plebanus dicit, consules ipsos Pilsnen, habere apud se
ordinationem quandam de preficiendo et destituendo rectore
schole sue Pilsnen: Faciat etiam illam vra D. huc afferri,
et plebano interim non permittat, vllam vim aut iniuriam
inferri. Indignum enim et valde inhonestum est sacerdotes
et ministros ecclesiarum, qui apud omnes gentes in magno
honore habentur, molestare et opprimere. Queritur enim
ipse plebanus, q nunc ~~funt~~ sub eius absentia canales, per
quos aqua ad eius curiam ab antiquo ducebatur, sint
excisi et erecti, aquaq alio conuersa, cum tn eadem
aqua, ducatur per agros ipsius ad ciuitatem, vt ipse

asserit, et propter hanc servitutem, admissum sibi esse et predecessoribus suis dicit, q habuerit aquam in curia sua. Quod si ita est, mandet V͞ra D° ut aqua ablata ei restituatur, et si illam habere deinceps debeat, nec ne sicut id mediante dissimulatur. Non licet enim quemq disturbare violenter, de pacifica alicuius rei possessione. Felicissime valeat V͞ra D°. Datum etc.

P. Tomiczki Ep͞s Cracc Vicecancell.
Stanislao Lypniczki Canc͞o et Officiali
Sandomirien.

Venerabilis domine frater in Chr͞o dilecto. Relatum est ad nos Matiam de Bodzangin clericum in minoribus constitutum, per vicecapitaneum Sandomirien, ob vulneratum notarium castrensem casu, et non ex composito, de Schola violenter extractum, et die festo mane, publice atq ignominiose ductum, et in fedum carcerem conjectum esse, et hactenus in eo detineri, non sine gravi contumelia n͞ra et universi ordinis ecclesiastici, vobis ad tam audax facinus tacentibus, et conniventibus. Que res si ita habet, est nobis plurimum molesta, palamq cognoscimus, q vos nõ debite fungimini officio v͞ro, multa enim mala istic sepius committuntur, per homines seculares, in clerum nobis subiectum, que vos non solum debita animadversione non coercetis, sed etiam dissimulatione v͞ra factum illorum approbatis, pluris facientes. Nescimus quem favorem hominum secularium, quem vobis eiusmodi tollerantia, et dissimulatione mereamini

cleri nostri comparare studetis, q bonam existimationem apud nos et alios vram, de qua re expostulabimus vobiscum alio tempore. Nunc aut nolentes tam turpiter et fede violari iurisdictionem nram et libertatem ecclesiasticam: Mandamus vobis moneatis mox visis presentibus vicecapitaneum Sandomiren, frem vrm, vt infra 24 horas, clericum detentum liberum dimittat, alioquin feratis in eum sententiam Interdicti, quod non prius relaxetis, donec idem clericus dimissus fuerit, et vos aliud habueritis à nobis in mandatis. Nos enim sufficientes sumus ministrare iusticiam vnicuiq de clerico illo detento, ministrareq illam volumus iure mediante, sed certe ferre hoc, et pati nolumus, ut quispiam alter q nos, aut officiales nri ecclesiastici, clericos nros detinere, aut punire debet. Bene valete.
Datum in Radlow die primo Augusti. etc.

P. Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie

Sacra Regia Mtas et domine domine clementme
Post humilem seruitutis et orationum mearum comendationem. Puto non esse incognitum Mti Vre Serme q proxime preterito vere Ds Ebrehardus Ferber nature sue debitum soluerit. Post mortem cuius, quia potestas redimendi oppidum Derschow, redijt ad Mtem Vram; sine cupiam alteri eam ipsam redemptionem deferendi, Suplicat Mti Vre Serme Ds Ioannes de

Verden, Proconsul Gedanen., et ego eius causa etiã humiliter supplico, vt illi dare facultatem dignetur Mtas Vra, quo oppidum prenominatum Dersaua redimere, ab heredibus defuncti Ebrardi Ferber possit, illudq quamdiu viuet obtinere. In qua re equidem ego existimo heredes Ebrehardi defuncti, non iri grauatos, aut lesos, cum inter illos, et Dm Ioannem de Verden, necessitudinis et cognationis intercedat vinculum) Mtem vero vrãm puto, maius commodum et vtilitate consequi posse, Si administracioni oppidi sui, dictum Ioannem preficere dignabitur. Namq ille et opibus abundat, et amicis, atq autoritate facile ceteris in illa ciuitate prestat omnibus. Pollicetur aũt se omne studiũ, et operam impendere velle, vt et oppidum predictum, probe gubernetur, et seruitus offitiaq sua grata fiant apud Mtem vrãm.

Ceterum Hector Ciuis et mercator Crac., Supplicat Mti Vrẽ Serme, et ego pro eo obnixe illam rogo, vt controuersiam, quam de debito habet, cum Dno Cunrado Crupek, aliquibus in hac ciuitate Iuris peritis cognoscendam, diffiniendamq committere dignetur. Nam per multum iam tempus Hector queritur se trahi, frustrariq inanibus appellationum diuerticulis, et ex eo quando pecunia caret, iacturam sustinere. Quemadmodum autem comissio hec fieri, et ad quos ciues Crac. scribi debeat, Ds Choienski Mti Vrẽ Serme expõnet, ad quem copiosius hac dere scripsi.

Commendo me rursus, seruitutemq meam in gratiam Mtis Vrẽ Serme, quam felicissimam esse, et in multos annos, cum Serma coniuge et liberis suis bene incolumem vehementer desydero. Datum Crac. die vi.a Pauli Apostoli.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Bone Regine Polonie.

Sacra R^lis M^tas et domina domina clementiss^ma

Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem. Scripsi ad M^tem Regiam litteras in commendationem D. Ioanis de Verden proconsulis Gedanen, qui supplicat concedi sibi à M^te sua, vt oppidum M^tis sue Derszana, redimere possit à successoribus defuncti D. Ebrehardi Ferber, qui sunt sibi necessitudine et affinitate coniuncti, quiq̃ amice secum de hoc transigere volunt. Ob quam rem etiam M^ti vr̃e Ser^me supplico, vt patrocinium et commendationem suam, de hoc apud M^tem suam interponere dignetur, efficereq̃ pro gratia et autoritate sua apud illam vt preces eius viri, et supplicatio simul mea, admittantur, quod ego simul cum illo M^ti vr̃e, perpetuo mereri curabo.

Ceterum is ipse D. Ioannes cum genero suo Egerdo de Cempen hospite meo supplicarint M^ti sue, egoq̃ pro illis quoq̃ intercessi per litteras, vt M^tas sua à muneribus et functionibus publicis sue ciuitatis immunem facere dignetur D. Czimerman, agnatum vt affinem illorum, quem ipsi propterea negotiis suis, que magna habent et impedita prefecerunt, vt reipub. sue ciuitatis, cuius curam magistratus initio susceperunt, ipsi diligentius incumbere valeat. Quam petitionem

illorum, et meam etiam, Mti Vrae diligentissime commendo, illamque vehementer rogo, vt patrocinio suo ad Mtem Regiam interposito, nos compotes illius facere dignetur. Quod illi omnes et ego cum eis perpetua seruitute nra Mti Vrae optime mereri curabimus. Quam ego seruitutem rursus vna mecum in gratiam Mtis Vrae Serme comendo, eamque felicissimam esse, et cum Sermo coniuge suo, ac liberis recte incolumem, vehementer desydero. Dat Crac.

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Joanni Choienski Archidiacono Crac.

VEnerabilis domine frater in Chro charme. Cognoscetis ex lrîs nrîs, quas ad Mtem Regiam scripsimus, summam peticionis nostre, in negotiis magistratus Gedanen, ac etiam D. Ioannis de Verden, et generi sui D. Eggerdi de Kempen hospitis nri. In qua quidem peticione vt Mtas Regia nobis satisfacere dignetur. Rogamus a vobis, vt operam studiumque vrm accomodetis, efficiatisque quantum in vobis est, vt Mtas regia Nuncios Gedanensium benigne audire, excusationes, quas afferent ad tuendam innocentiam suam admittere, et desiderio illorum, et comendationi nrae assensum accomodare dignetur. Bene valeatis et sitis faelix. Datum

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Joanni Choienski Archidiacono Cracc.
Secretario Regio.

VEnerabilis domine frater in Christo charissime. Supplicauimus M^ti Regie per lras nostras vt oppidum Dersana, qd D. Hebreardus Ferber cum viueret obtinebat, pati redimere dignaretur ab heredibus eiusdē Hebreardi, D^m Joannem de verden, proconsulem Gedanen. et ab heredibus iis affinem seu agnatum, quod etiam negotium cure et diligentie vre comendamus, Rogamusqz vos plurimū, vt illud pro virili nra apud M^tem Regiam promoueatis, et lras consensus commissionisqz et mandati, quas cum pntibus mittimus, obsignatas anulo M^tis sue, ad nos remittatis. Ceterum aut commendamus vobis negotium D^ni Hectoris ciuis et mercatoris Crac, nriqz Stanislai Hosij affinis. Rogamusqz vos vt commissionem scribi in eum modum faciatis, sic ab ipso Hectore, in scheda, quam vobis cum presentibus mittimus est perscriptum, vel vt in rem eius vobis melius expedire videbatur. In quo facietis nobis rem gratam, et hectori summe vtilem, et necessariam.
Bene Valete. Datum Cracouie.

P. Tomicius Eps Cracc. Vicecancell.
Sigismundo primo Regi Polonie.

Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime. Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Cum superioribus diebus Ds Choienski, mandato Mtis Vre mihi respondisset peticionem Di Ioannis De Verden, pro quo ego supplicaueram Mtem Vram, admittere non potuisse, propter successores D. Hebreardi Ferber, a quibus oppidu Derszaua, in triennium redimi se non passuram Mtas Vra promisit, aquieueram ei indicio et voluntati Mtis Vre, eamque sic prout aequa et honesta videbatur, D. Ioanni perscripseram, qui nunc rursus ad me scripsit se facile cum successoribus prenominatis, qui sibi sunt sanguine iuncti conuentorum ob id, compositorumque esse amice, si modo hoc cum gratia et assensu Mtis Vre facere posset. Quare iterum Mti Vre supplicat, egoque vna eius causa diligenter illam rogo, vt ad hanc redemptionem, que sine offensa successorum Dni Ebrehardi fuerit assensum illi illi prebere, et gratiam clementiamque Regiam accomodare dignetur, quod ille Mti Vre, vna mecum perpetua seruitute optime mereri curabit.

Ceterum Ds Ioannes de Verdem, et Ds Eggerdus de Kempen, gener suus et hospes meus, habent in Ciuitate Gedanen, dominum Czmierman agnatum et affine

suum adolescentem industrium quem ad omnes rationes, nego:
tiaq[ue] sua prefecerunt, cum ipsi propter curam et administra:
tionem Ciuitatis, in qua gerunt Magistratum, intendere
illis non possent, in quem vt et deinceps tuto et absq[ue] di:
spendio negotiationes suas reijcere, vtq[ue] ipsi liberius fun:
ctionibus publicis quibus presunt incumbere possent,
M[ti] v[est]re Ser.[me] supplicauit egoq[ue] pro illis supplico, vt
dominum Czimerman prenominatum immunitate et priuile:
gio suo Regio donare dignetur, vt à muneribus publi:
cis liber esse possit, vtq[ue] curantibus agnatis suis rempub.
ipse negotia sua et illorum prouidere administrareq[ue] me:
lius valeat. Quod illi omnes M[ti] v[est]re et ego uuicem
cum illis, M[ti] v[est]re Ser.[me] perpetua seruitute mereri
curabimus, quam ego seruitutem et meipsum iterum atq[ue]
iterum in gratiam M[tis] v[est]re Ser.[me] commendo, quam
felicissimam esse, et in plurimos annos, cum Ser.[ma] con:
iuge sua et liberis bene incolumem vehementer desyde:
ro et opto. Dat

P. Tomiczki Ep[iscopu]s Crac. Vicecancell.
Christofero de Schidlowiecz Castell[an]o
Cracc.

MAgnifice domine domine et amice honoran.[me]
Graui et molesto admodum tuli animo id quod ad me
de interfecta innocente et miserabili femina domina
Orodowska M[agnificenti]a V[est]ra scripsit, idq[ue] non tantum pro:
pter grauitatem patrati facinoris, quantum propter
impietatem, et audatiam eius adolescentis, cuius pater
cum apud me seruiret, singulariter nobis ex modestia

erat gratus ac commendatus. Ego equidem sicuti cetera id genus pessimi exempli facta, ita et hanc quoque indignam et efeminatam presentis parricidij libidine iusta pena vindicandam magnopere optarem. Confidoque futurum, vt in referenda tam nepharij admissi pena, nihil et ab officio, et ab equitate M.^e V^re hominibus desyderandum per illam relinquatur.

Ceterum quod ad iniuriam attinet quam subditus M.^tis Regie se a meis accepisse, colonis et subditis queritur. Mandaui diligenter prefecto ville mee Sokolniki, vt rem cognosceret, et administraret iis qui queruntur iusticiam, quem illum ita facturum esse nihil dubito. Commendo me amori et beneuolentie fraterne M.^e V^re, quam cum suis omnibus et felicissimam esse, et ab omnibus molestiis animi atque mala corporis valetudine diu seruatam et incolumem vehementer desydero. Datum Cracouie VII^a Aprilis.

P. Tomiczki Epus Crac. Vicecancell.
Christofero de Schidlowiecz. Castell^o Crac.
Regni Polonie Cancellario.

MAgnifice domine domine et amice honoran.^me Deprecata est apud me D. Mlodzierowska vidua vxor quondam D. Martini Grodowski, vt causam suam quam de iniuria quadam cum superstito filio mariti sui habet, M^e V^re ita commendarem, vt illa scilicet pro autoritate et prudentia sua, sine litigo contentioso, vocatis ad se partibus controuersias illorum componeret diffiniretque. Quare ego illius causa plurimum rogo M. V^ram, vt hanc illius peticionem suscipere velit, et non sinere, propter exiguam differentiam, inanibus litis sumptibus

vtramq; partem extenuari. Quo rem piam et parti vtriq; commodam, mihi vero longe gratissimam faciet M. vra. Cuius ego me beneuolentie et amori fraterno plurimum commendo, felicissimamq; esse et cum suis omnibus diu sospitem atq; incolumem vehementer desydero. Dat.

P. Tomiczki. Epus Cracc. Viceecancell.
Archiepiscopo Gnesnen.

R^me in Christo pater et domine maior honoran.^me Cum hic per commoditatem semel me priuatim conuenisset Nobilis D^s N. Sokolowski adolescens sane bone indolis, et in liberalibus disciplinis, non per modicum tempus in hac vrbe versatus plurimum à me rogauit, vt apud R^mam P. Vram, meas interponerem partes, quo illum ex potestate tutelari dimittere, et hereditatem in arbitrium ipsius et fratrum tandem tradere velit, namq; ille se ad eam etatem, eamq; industriam animi peruenisse iam autumat qua satis commode sine adminiculo tutorum, sibi et rebus suis prospicere, bonusq; paterfamilias esse valeat. Quare cum ita patrimonii curandi studio ducatur, ~~vndiq;~~ cumq; iam etatem pupillarem excessisse, videatur, P. Vram R^mam maiorem in modum rogo, ut illum admittere ad bona sua velit, vinculoq; sue potestatis tutelaris soluere velit. In quo non modo illius honesto desyderio satisfaciet P. Vra R^ma, verum et offitium suum apud omnes amplissime commendabit. Commendo me ex animo Vre R^me P. quam dominus deus sanam et felicem q; diutissime conseruet. Datum

P. Tomiczki Epus Cracc. Vicecancell.
Joanni Lescinski Castell.o Brzesten. et Ca:
pit.o Radzieiowien.

MAgnifice domine amice char.me Dominus N. Sokolowski, qui in tutela D.nis V.re est, quique in hac urbe litterarum studiis se exercet, exposuit nobis se cum fratribus constituisse, ut D. V.ram onere tutelari liberet, utque deinceps arbitratu suo hereditatem cum fratribus curet, et administret. Etenim cum rationis et industrie gradum se iam consequutum esse autumat, ut absque opera alterius in rebus suis frugi paterfamilias esse possit, una cum fratribus. Quare cum sit ea mente preditus, et speret propriam curationem sibi utilem futuram, D. V.ram rogo, ut illum vinculo tutelaris potestatis liberet, tradatque illi una cum fratribus eius paternam suam hereditatem et substantiam. Nam id non absque laude et decoro officii sui faciet D.o V.ra, et illorum desyderio amplissime satisfaciet. Cupio felicem esse D. V.ram et in multos anos bene sanam et incolumem. Datum.

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Sigismundo de Herberstain regenti
Austrie.

MAgnifice domine amice honoran. Proficiscuntur istac Italiam versus fres duo adolescentes Nepotes ex fre bone memorie D.ni Ipsi predecessoris mei, ut sub peritis aliquibus et egregie eruditionis

viris, ingenium suum illic liberalibus studiis excollant. Quare ego illos Mag.cie V.re commendo ab illaq; plurimum rogo, vt opera et autoritate sua qua istic valet, illis adesse velit, quo tuto et sine molestia aut difficultate per dominia Ser.mi domini Regis Ferdinandi, iter facere possint, namq; multi hic Regnicole, cum magna animi acerbitate queruntur se in isto itinere, non modo probris et conuiciis affici, sed et locis sepius intercludi, variisq; iniuriis, et contumeliis grauari, citra omnem iuris publici et vicine humanitatis rationem. Si quid autem de rebus, que hic aguntur, cognoscere volet M.a V.ra querat ex iis ipsis adolescentibus, scient enim corã illi que viderunt, quibusue interfuerunt recensere. Commendo me amori et beneuolentie fraterne M.e V.re, quam sanam et semper felicem esse vehementer desydero. Datum Cracouie XII Maij

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Sigismundo de Herberstain regenti Austrie.

MAgnifice domine amice char.me ac honoran.me Quoniam preteritis mensibus per hostiles tumultus in Austria factos, profectio multorum in Italiam fuit impedita, egoq; propterea litteras in Vrbem transmittere non potuissem: Nunc eum hominem Stanislaum Aquilam nactus, qui multorum aliorum hominum negolia curaturus, venetias et in Vrbem proficiscitur, confidebam me recte lrãs meas illi daturum esse, partim quia istam Prouintiam pacatam iam prorsus ab omni iniuria hostium intelligerem, Partim vero quia confidebam M.am V.ram eum hominem opera, et patrocinio suo, adiuturam esse, vt tuto in dominiis Ser.mi Regis Ferdinandi, iter facere possit. Quare plurimum rogo a M.a V.ra, vt mea causa securitati eius hominis prospicere velit, eiq; vel M.tis Regie, vel suas et aliorũ

vices gerentium, quorumque publica fide litteras procurare, quibus fretus in Italiam ire, et illinc rursus redire tuto possit. Ego enim id vicissim omni beneuolentia et amicis officiis referre Me V.^{re} curabo. Quam sanam et foelicem semper esse vehementer opto. Datum

Sigismundus primus rex Polonie
Regentibus Austrie.

SPectabiles et Magnifici syncere nobis dilecti. Mittit in Italiam Ser.ma Coniunx nostra D. Regina hunc Nobilem Baptistam de Rouellis, cum tredecim equis numero, inter quos sunt quattuor equi canterii seu castrati, albi videlicet duo, rubeus tertius, quartus vero colore varius, quos ipsa Ser.ma Coniunx nostra Illustri D. Marchioni Mantue dono mittit. Quem nos Baptistam S. V.ris commendamus, illasque hortamur, vt pro authoritate et officio suo, de securo transitu in dominiis Ser.mi domini Regis Ferdinandi affinis nostri charissimi, illi prouideant, vt ipse et cum equis per Ser.mam Coniugem nostram, dono missis in Italiam tuto, celeriter, et sine vllo impedimento peruenire possit. Rem nobis gratam, et ab officio suo non alienam S. V.re facturam. Datum Cracouie XII.a Maij Anno domini M.o D.o XXX.o

P. Tomiczki Epus Cracc. Vicecancell.
Capitulo Vratislavien.

Rdi domini fratres et amici in Chro charissimi
Cum intelleximus Nobilem D. Henricum Gocz aulicum Mtis domini mei animum adiecisse ad redemptionem ville Kemnicz de manibus Ciuium oppidi Paczke, vt illi aliquid adiumenti in ea re afferremus. Scripsimus ad Rmum Dm Epum Ecclie istius Wratislavien pastorem in comendationem illius litteras, et rogavimus, vt illi consilio et auxilio Do Sua Rma adesse velit. Quod quoniam intelligimus illum sine consensu D. Vrarum non esse facturum, Ab illis etiam rogamus, vt et assentiri, et ope domino Gocz in ista re adesse, tam apud se, quam apud Rmum Dm Epum suum velint, quod nos vicissim per omnem occasionem referre officiis amicitie et gratificatione nostra D. Vris curabimus. Bene valeatis D. Vre, et nos in suis orationibus habeant commendatos. Datum. &c.

P. Tomiczki. Eps Cracc. Vicecancell.
Iacobo deigratia Epo Wratislavien.

Rme in Christo pater et domine frater et amice honorandme
Et si Mtas Regia scripserit ad D. Vram Rmam vt assentari et patrocinari velit Domino Henrico Gocz in redemptione ville Kemnicz, ab ciuibus oppidi Paczkie, ad quam redimendam adiecit

animum. Ego tamen ut declarem meam quoque pro illius de me meritis gratitudinem, negotium illius D. V[est]re R[everendissi]me ex animo commendo, ab illaque rogo summo opere, ut et propter illius virtutem, et propter M[aies]t[at]is Regie postulationem desyderio suo illum potius concedere et efficere velit. Quod ego omni studio et amicis offitiis, et ipse servitute sua optime mereri D. V[est]re R[everendissi]me curabimus. Cuius amori et benevolentie fraterne ego me comendo, falicissimamque illam esse, et diu sanam atque incolumem vehementer opto. Datum.

Sigismundus primus rex Polonie.
Capitulo Wratislavien[si].

Venerabiles devote nobis dilecti. Intelleximus villam ecc[les]ie v[est]re vocatam Kiemnicz à pluribus annis obligatam esse Civibus Oppidi Paczke. De cuius redemptione cum nihil adhuc certi apud se cum R[everendissi]mo Domino Ep[iscop]o Ecclesie istius D. V[est]re statuerunt, postulamus ab illis velint operam suam facere, alter apud alterum, et universi omnes apud D. Ep[iscopu]m suum, ut facultas ville predicte redimende Nobili Henrico Gocz, Aulico nostro fideli concedatur, In quo D. V[est]re rem se suoque offitio dignam, et nobis gratam faciet, quam illis vicissim gratia nostra Regia refferre curabimus. Datum. &c.

P. Tomiczki Eps Cracc. Viceecancell.
Iacobo Epo Wratislavien.

Rme in Christo pater Syncere nobis dilecte Henricus Gocz Aulicus fidelis noster, retulit nobis esse quandam villam Eccliae P. Vrae Wratislavien. ex nomine Kemnicz, à multis annis ciuibus oppidi Pagzke Hypotecae nomine obligatam, quam ille reducere ab illis cuperet. Ea vero res quoniam honesta nobis videtur, vt nobili homini potius quàm oppidanis, villa predicta obligetur. Postulamus à Pte Vrá, vt nostra causa adiuuare Aulicum nostrum in eare velit, et efficere, vt desyderio suo potiatur. Quo faciet nobis P. Vrá rem gratissimam, et quam illi fauore, et beneuolentia nostra Regni vicissim referemus. Bene valeat P. Vrá. Datum

Sigismundus primus rex Polonie.
Ciuibus Lublinen.

Famati fideles dilecti. Declarauit nobis Venerabilis Samuel Maczieiowski Secretarius noster vos non solum in prouidendis Eccliae parrochialis istius necessariis esse negligentes, sed in dispensandis etiam legatis quae à pluribus defunctis personis . piis, sunt pro ornamento Eccliae, et ad laudem omnipotentis Dei relicta non ita fidos et vtiles esse, vt et honestas, et officium verm postulare videntur. Que res si ita se habet, plurimum est vobis molesta, nos enim qui patronus

istius Ecclesie sumus permittere nollemus, vt viuentibus nobis per negligentiam et malam administrationem vestram ecclia ista detrimentum pati debeat. Quare serio et seuere vobis mandamus, vt pro fide et offitio vestro, qui in ista ecclia preestis, omnia que ad structuram necessariam et tectorum reparationem pertinent sine vlla mora, vel cunctatione prestetis, et dicto Venerabili Samueli, Secretario nostro ex omnibus, que ex legatis testamentariis in structuram impenderitis sufficientem rationem faciatis pro graui indignatione nostra aliter non facturi Datum Cracouie die xviij° Iulii Anno domini M° D° xxxj° Regni nostri xxv^to

P. Tomiczki Ep̄s Crac̄ viceCancell

ANDREE Cricio Ep̄o PLOCEN̄

RX^me in Christo pater et domine Nepos char.^me Dominus Ioannes Bielinski Canonicus Varschouien collata sibi per M^tem Regiā parrochiali in Zambrowo, scripsit ad me pluribus verbis, vt se D. V̄re Rx^me commendarem, vtque illi persuaderem, quo de decimis, que iam a pluribus annis Ep̄o et plebano in controuersia erant, beneuolenter ac pie transigere cum illo velit. Quod quidē illius desyderium et voluntas, quia michi summam in se rationem honestatis charitatisque humane habere videtur D. V̄rām Rx^mam plurimum rogo, vt conditionem accipere velit, et cum ipso D. Bielinski humaniter et ex equitate de hoc quod habetur in controuersia transigere, nam iure de ea re, decernere que extra iuditium amice componi possit, non solum incommodum, verum et periculosum mihi videtur, cum summum ius, summamque in se iniuriam continere, quandoque censeatur. In quo faciet D^o V̄ra Rx^ma rem sua dignā modestia

et domino Bielinski magnopere utilem, qui aduersum D. Vram Rmam
litem intendere piaculum sibi existimat. Valeat optime Vra Rma Do. et sit
quam diutissime felix et incolumis, meque habeat sibi charum et commendatum.
Datum etc.

P. Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Ioanni Bielinski Can.co Varschouien.
et Loltouien.

VEnerabilis domine, frater in Chro charme. Postquam nunctiatum nobis
fuisset, // vos plebanatu in Zambzow ornatum autum (?) fuisse // plurimum ex accessione vestra letabamur, namque omne ho-
noris et dignitatis vre incrementum, liberaliter et ex affectu
vobis fauemus, ob quod etiam in presens vobis gratulamur, et
optamus ut diu bona mente et corpore sano, frui illo possitis. Scripsi-
mus ita prout cupiebatis ad D. Epum Plocen. litteras, adhorta-
tique sumus D. illius, ut vobiscum extra iuditium de decimis que
vobis cum illo sunt in controuersia, humaniter transigere velit,
quod illam facturam esse nihil dubitamus, modo et vos nihil temere
sed omnia modeste cum illo agatis. Cupimus vos felicem esse,
et incolumem. Datum etc.

SIGISMUNDUS primus Rex
Polonie IOANNI Latalski Epo Posnan.

RDe in Christo pater, syncere nobis dilecte. Proficiscitur
istuc ad P. Vram Rdus pater Adrianus Enen. suffraganeus // Eps titularis //
illius, et confessor noster, qui hic consecrationis suscipiende causa,

et non ob aliud, vel commodum, vel solatium proprium est non modico tempore immoratus, cuius personam quoniam nos propter eius virtutem, vite innocentiam, et modestiam gratia nostra prosequimur, cuperemus etiam et P. V.re esse non vulgariter commendatum, Quare postulamus ab illa, velit n.re commendationis gratia, illius statui et rationibus, ita prospicere, vt et munus cui prefectus est cum dignitate administrare, et P. V.re liberalitatem comẽdare semper possit. In quo P. V.ra non minus rem nobis gratam, quam suo offitio et debito dignam prestabit. Que valeat feliciter.

Datum Cracovie die xj Octobris . Anno domini M°. D° XXXj° . Regni nostri XXv.to

P. Tomiczki Ep.us Crac. vicecancell.

Proconsulibus et consulibus ciuitatis Gedanen.

FAmati domini amici nostri char.mi Quidam amici n.ri pietate in Iacobum Helwich adducti, perscripserunt ad nos casum illius, in quem nescitur quo infortunio impulsus, non multo ante incidit, nempe q ob leuem edicti trãsgressionem, q de non transmittenda vltra mare ceruisia Gedanen. factum erat, in carcerem sit coniectus, ad penamq repetendam destinatus. In quo tametsi nos commendemus offitium v.rm, quo iuste et fideliter, in conseruandas sue ciuitatis legibus vtimini, amicorum tamen precibus, et pietate Ciuis v.ri, de cuius honore agitur permoti, plurimum à vobis rogamus, vt veniam leui errato detis, et ciuis sui famam in integro cõseruetis, non minus en. laude digna est comoda et equa clementia, quam necessaria animaduersiõis in transgressores seueritas. In quo simul et rẽ piam et nob. gratam facietis quam vicissim beneuolen.a et gratificatiõe n.ra per occasiõne vobis referemus. Bene et feliciter omẽs valeatis. Dat. in Bodziangin. M°. D°. XXXj°

Sigismundus primus Rex Polonie
Proceribus Regni Hungarie

Magnifice Sincere nobis dilecte. Magna nos afficiunt commiseratione casus et successus Ill. D. Zophie Masouie ducis in quibus hoc tempore partim propter Regni Hungarie dissensiones et armorum bellicos tumultus, partim propter Maritum amissum, non sine dolore et angustia illa versari audimus. Cum enim illa suasu et consilio nro Magnifico Stephano de Bator Palatino Regni Hungarie defuncto, sit desponsata, et post illius mortem fatis Regni Hungarie ita volentibus in discrimine et periculis constituta, non possumus nisi grauiter illius conditionem ferre, et illius aduerse fortune misereri, quam ope et auxilio nro etiam subleuare quantum in nobis est non recusaremus. Verum quia illa extra Regnum nrm ducta, Domicilium in isto altero Regno, Cuius S. tua primarius consiliarius existit, firmauit, Illam hortamur et simul etiam ab illa postulamus, vt dictam D. Ducem Zophiam beneuolentia et fauore suo complecti, illiq consilio operaq et protectione quo ad eius fieri potest, adesse velit, in quo faciet S. tua rem officio et pietate sua dignam, et nobis singulariter gratam, quam S. tue vicissim beneuolentia et gratificatione nra Regia referre semper curabimus, Que bene valeat. Datum Crac. xxj Octobris.

Anno domini M°. D° XXXj°

Regni nri anno XXVto

. P. Tomicius Epus Crac Vicecancellarius
Ferdinando Romanorum Hungarie Bohemie
· REGI ·

SERme princeps et domine domine clementme. Post humilem seruitutis et orationum mearum comendationem. Expositum cum mihi esset qua virtute et disciplina militari fuerint prediti. Io. Vie[illegible]ski, et Tomas Slezinger subditi Mtis Vre Serme illiqz qme postulassent, vt reclinatos illos, et ad Mtem Vram redeuntes in deprecanda errati sui venia precibus meis apud Mtem Vram adiuuarem, Non potui sane offitium in hoc illis negare meum, quippe qd et viros adiutorio dignos esse cernebam, et honestã peticionis illorum causam agnoueram. Quare ego Mti Vre Serme humillime supplico vt illis ignoscere et condonare dignetur, qd con iussionem et edictum Mtis Vre Serme ad illius aduersarium militatum concesserant. Namqz illi diligentem posthac dabunt operam, vt qđ imprudenter hactenus delinquebant, fidissimis suis offitiis et sedula seruitute corrigatur, et compensetur hac sequenti fide et diligena prioris offitii sui pretergressio. Quo equidem facto Mtas Vra summam clementie, et benignitatis laudem apud omnes consequetur, et ego vna cum iis omni studio et obseruantia mea, id studebo semper Mti Vre Serme promereri. Quam esse felicissimam et diutissime incolumem cum omnibus liberis et Serma coniuge sua, vehementer desydero, illiqz me et seruitutem meam iterum atqz iterum suppliciter commendo. Datum Crac. die xiiija Octobris.

P. Tomicius Epus Crac. Viceecancellarius
Sigismundo primo Regi Polonie

SAcra Regia Mtas et domine domine clementissime. Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem. Cum hic esset D. Plebanus Grodnen fidus seruus Mtis Vre et hospes meus summe gratus, exposuit mihi se habere quedam negotia cum quodam Iwan Ruteno in controuersia, que in iuditium Mtis Vre afferre vellet. In quibus quia ego illum adiutum cuperem, partim propter eius insignem virtutem, et humanitatem, partim propter equitatem, quam se habere predicat, Mti Vre Serme supplico, ut illum et negotia que aget apud illam, comendata et accepta habere, proque autoritate sua illum in equitate defendere et tueri dignetur, id enim ipse et ego vna Mti Vre Serme omni offitio seruitutis bene mereri curabimus. Cui ego me iterum et seruitutem meam supplex commendo, felicissimamque esse Mtem Vram, et in plurimos annos cum Serma coniuge et liberis bene incolumem vehementer desydero. Datum Cracouie prima septembris.

P. Tomicius Epus Crac. Viceecancell.
Ioanni Choienski Archidiacono Crac.

VEnerabilis domine frater in Chro charissime. Commendauimus litteris nostris apud Mtem Regiam Dm Plebanum Grodnen. vna cum negotiis ipsius, que est istic habiturus, Eum etiam vobis

diligenter commendamus, et rogamus, ut illi apud M^tem suam opera et patrocinio vestro adsitis, in quo et illi plurimum comendabit*, et nobis propterea, q hospes noster est gratus, rem quoque gratissimam facietis, Bene valeatis, felixque sitis. Dat' Cracovie prima septembris

P. Tomicius Epus Crac' Vicecancell
Sigismundo primo Regi Polonie

SAcra Regia M^tas et domine domine clementiss^me. Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Joannes Oliesniczkij Salissodinarum Bochnensium Vicepraefectus. Cum cepisset nuper grande damnum et iacturam in bonis suis, per limites cum agris civibus Bochnen' et domini Castellani Sandecen' factos. Neque hic iam tantum bonorum haberet, ut pro conditione sua se et familiam sustinere posset, adiecit animum ad redemptionem villarum M^tis V're Ser^me Labonki et Volicza in terra Chelmen' consistentium, bonisque suis que illic habet proxime adiacentium. Quare supplicat M^ti V're et ego una eius causa supplico, ut illi et consensum illas redimendi de manibus successorum Generosi Andree Siennoroski, et l'ras ad vitam in pace retinendi dare dignetur. Eam enim gratiam et singularem in se clementiam M^tis V're, ipse diligenti servitute sua, me adiuvante perpetuo mereri studebit. Commendo me et servitutem meam in gratiam M^tis V're Ser^me, quam felicissimam esse et in multos anos cum Ser^ma coniuge sua et liberis incolumem, vehementer desydero Datum Cracovie XXI^a Aprilis

P. Tomicius Epus Crac. Viceca[n]cell
Sigismundo primo Regi Polonie

SAcra Regia Mtas et domine domine clementme. Post humilem servitutis et orationum mearum comendationem. Subditi Mtis Vre de Cleparz, sicut anno superiore propter incendium, ita et nunc propter es alienum, gravi pecunia et egestate se laborare queruntur, atque propterea non habere unde et alias prestationes, et hanc que czopowe appellatur Mti Vre Serme solvant. Namque instaurandis edificiis intenti hactenus nullo artificio vel operi faciundo, quod questum aliquem vel emolumentum illis afferret, dare operam potuerunt. Cervisiam autem a qua czopowe exigi solet, nemo illorum anno preterito coxit et propinavit, cum edificia et loca ubi fiant et coquuntur, nullus eorum habuerit restaurata. Quare supplicant Mti Vre Serme, et ego etiam pro illis supplico, mandare velit suis lris D. Joanni Mansik, exactori terre Crac., ut ad hunc annum non exigat ab eis contributionem czopowe, nec ad eam solvendam illos compellat, cum libertate per Mtem Vram illis concessa uti hactenus non potuerint. Ipse enim Marzik immunitatem illis ex prioribus lris Mtis Vre dare recusat, tametsi nullam ac cervisiam anno superiore coxerint, et liberi tunc a solutione illius, ad unius anni decursum facti sint. Faciet rem pietate et clementia sua dignam Mtas Vra Serma. qua subditi illius sublevati, alacritatem animi induere poterunt, ut pro felici statu, incolumitateque et celeri ad nos reditu Mtis Vre Serme deum precentur. quam felicissimam esse et in multos annos cum Serma coniuge et liberis suis incolumem vehementer desydero. Datum

P. Tomicius Epus Crac Vicecancell
Ioanni Choienski Archidiacono Cra:
coviensi secretario REGIO

VEnerabilis domine frater in Chro charme. Suplicauimus Mti Regie, prout ex litteris nostris cognoscetis, vt scribere dignetur D. Manzik, Exactori terre Crac, ne in annum instantem exigat contributionem czopone, a miseris ciuibus de Cleparz, qui habent quidem immunitatem ab illa soluenda ad vnum annum, sed illa hac: tenus vti non potuerunt, qm nulla edifitia habuerunt, in quibus illam coquerent, nunc primum vero illa egre instaurant. Ob quod etiam vos rogamus, vt operam et patrocinium vrm diligente accomo: detis, ne in ea peticione et illi et nos feramus repulsam. Facietis rem pio dignam offitio, et non tantum nobis gratam, quantum miseris ciuibus vtilem et pernecessariam. CEterum negotium do: mine benigne vxoris Stanislai Postrzigacz. Consulis Crac. cure et diligentie Vre commendamus. Rogamusque vos vt apud Mtem Regiam, et quibus est distractio rerum, domini Epi Camienecen defuncti comissa, operam vram interponatis, quo illa solutionem quingentorum florenorum credite pecunie, tandem habere valeat. Namque et chyrographum Dni Epi habet, et viros testes aliquos producit, qui pecuniam ad illum portabant nomine suo. Adhec rogamus vos, vt litteras comissionis, quas vobis cum presentibus mit: timus, in negotio Nicolai de Regulis Ciuis Crac, obsignetis et ad nos cito remittatis. Bene valeatis et felix sitis. Datum Crac. XXIXa Junii.

P. Tomicius Epus Crac Vicecancell
Sigismundo primo Regi Polonie

SAcra Regia Mtas et domine domine clementme. Cives Casimirien subditi Mtis Vre, quorum edificia et supellectilis omnis, nuper in modum civium Cracoviensium et Clepardensium conflagravit, mittunt istuc ad Mtem Vram supplicatum, vt dum restaurant edificia sua, et rem amissam conquirunt, à solvendis Mti vre censibus, et redditibus Civitatis, ac quibusuis aliis contributionibus, pro rei publice necessitate constitutis et constituendis, liberi et immunes esse possent. Quod cum ego illorum miserabili fortune, per necessarium auxilium esse existimem. Supplico Mti Vre, vt illos in non dissimili casu constitutos comparare Cracoviensibus et Clepardiensibus dignetur, et pari etiam in eos, atque in illos vsa est, clementia et pietate vti. Quinetiam subiectos mihi homines quibus in episcopali vico quod Biskupie appellatur, omnia sunt igne absumpta. Mti Vre Serme commendo, supplicoque illi vt, damna et incomoda communiter cum aliis suscepta, permittat illis sub immunitatibus Clepardiensibus concessis, sublevare et resarcire. Namque ego id Mti Vre Serme vna cum ipsis offitiorum meorum sedulitate, et diligenti servitute promereri studebo. Cuius gratie me et omnia mea etiam atque etiam commendo, felicissimamque esse, et quamdiutissime incolumem, cum liberis et Serma sua coniuge vehementer cupio et opto. Dat

P. Tomicius Epūs Crac. Vicecancell.
Ioanni Choienski Archidiacono Crac.
Secretario REGIO

VEnerabilis domine frater in Chro charme. Cum proficiscerentur ad Mtem Regiam Nunctii ciuium Casimiriensium, quibus sunt edificia concremata, litteras illis nras dedimus, postulata illorum comendantes, in quibus etiam supplicauimus sue Mti vt imunitates subditis nris ex vico Biskupie, dare et concedere dignaretur, quemadmodum et ciuibus suis Clepardien. idem incommodum passis, nuper concessit, hoc etiam vobis cure esse cupimus, et rogamus vos, vt de hac re cum Mte sua nro nomine prout expedit subditis nris, agatis quod nos vicissim beneuolen.a et gratificatione nra vobis referemus. Bene Valete. Dat.

P. Tomicius Epūs Crac. Vicecancell.
Sigismundo primo Regi Polonie

SAcra Regia Mtas. Et domine domine clementme
Post humilem seruitutis et orationum mearum in gratiam Mtis Vre Serme comendationem. Mittunt istuc ad Mtem Vram Ciues Casimirien. suum Nunctium petituri ab illa libertatem et imunitates aliquas, quibus possent in restaurandis edificiis publicis et priuatis anno preterito, incendio absumptis, egestatem suam adiuuare. Quamquidem rem, tametsi ego Mtem Vram pro illorum calamitate, et inopia sponte sua liberaliter esse illis largituram nihil dubite,

volui tamen illorum fidem, quam illos et professos esse, et prestitisse semper erga M^tem V^ram sum expertus, comendatiuncula mea adiuuare. Quare plurimum supplico M^ti V^re Ser.^me et fidei eorum in se memor, in hac eorum miserabili fortuna subleuanda, clementem se illis et benignam prebere dignetur. Quo faciet M^tas V^ra Ser.^ma rem sua clementia et liberalitate Regia dignam, illis autem supramodum utilem et necessariam, Quam illi M^ti V^re fidelibus officiis et obsequiis suis, promereri perpetuo et diligenter studebunt. Commendo me rursus ac seruitutem meam M^ti V^re Ser.^me quam optime sana et summe felicem esse, cum Ser.^ma sua coniuge et liberis, Datum Cracouie feria quarta pasche. Anno dni. M^o D^o XXVIII°

P. Tomicius Epus Crac Vicecancell

Bone Regine POLONIE

Sacra Regnialis M^tas et domina domina clement^ma.
Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem. Non est incognitum M^ti V^re Ser^me ut non multo post exustam superiore anno urbis Crac partem, Ciues Casimirien incendii quoque calamitatem fuerint passi. Qua causa adacti nunc coguntur magno labore conquisita pecunia, et pontes collapsos, et edificia concremata restaurare. In qua re quidem quia aliorum exemplo moniti Nuncium pro subsidio aliquo impetrando mittunt ad M^tem Regiam, ego illorum quoque permotus inopia et calamitate duxi illos M^ti V^re Ser^me commendandos. Et supplico enixe M^ti V^re Ser^me velit illos suo patrocinio apud M^tem Regiam iuuare, quo se ad illorum preces facilem et piam prebere, parique liberalitate illorum atque aliorum Ciuium suorum aflictionem prosequi dignetur. Quo faciet

M^tas Vra rem clementia sua Regiali dignam, et illis apprime vtilem. Commendo me rursus seruitutemq meam M^ti Vre Ser^me quam vt dominus deus seruet nobis diu felicissimam, et cum Ser^mo domino coniuge suo et omnibus liberis sospitem et incolumem, omnibus votis precor et exopto. Datum Crac vltima die Marcij Anno domini

P. Tomicius Epus Crac Vicecancell

Ioanni Choienski Archidiacono Crac
Secretario REGIO

VEnerabilis domine frater in Chro char.^me Comendauimus per litteras nostras M^ti Regie negotium hominis istius qui est a Ciuibus suis Casimiriensibus publice ad M^tem suam missus. Supplicatum de subsidio aliquo ferendo calamitati sue, quam ex igne superiore anno tam in edificiis publicis quam priuatis edibus susceperant. Quod idem vobis quoq commendationis, et rogamus vos, vt opera et patrocinio vro illos apud M^tem Regiam adiuuetis, pro officio et humanitate Vra. Cupimus vos bene Valere. Datum Crac.

P. Tomicius Epus Crac Vicecancell

Sigismundo primo Regi POLONIE

SAcra Regia M^tas et domine domine clement^me
Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem

B 21
259

Consules Ciuitatis Crac cum istuc ad M^tem Vram Nunctios suos mitterent, de petenda immunitate prestationis sue que scbos appellatur, aliisq negotiis ad communitatem suam pertinentibus, petierunt a me, vt illos per litteras commendarem Vre Ser.^me M^ti. Quare ego illorum precibus, et necessitate permotus commendo illos, quantum possum M^ti Vre, et illam vehementer rogo, vt memor calamitatis eorum habere dignetur, peticionis quam apud illam facient, dignam et benignam rationem. In quo rem piam, et se dignam faciet M^tas Vra, et ei sue Ciuitati summe necessariam. Commendo me rursus seruitutemq meam M^ti Vre Ser^me quam felicissimam esse et diu cum Ser^ma coniuge sua et liberis incolumem, vehementer desydero. Datum Cracouie die Sanctorum Petri et pauli apostolorum Anno domini

P. Tomicius Epus Crac Vicecancell
Ioanni Choienski Archidiacono Crac
Secretario REGIO

VEnerabilis domine frater in Christo char.^me Postulantibus a nobis ciuibus Crac ciuitatis, scripsimus litteras M^ti Regie in commendationem Nunctiorum, quas istuc mittunt in negotiis ciuitatis sue. Quos etiam vobis diligenter commendamus, et plurimum vos rogamus, vt opera et patrocinio vro, ipsorum postulationes apud Regiam M^tem adiuuetis. Quo vobis et iisdem ciuibus rem plurimum gratam facietis. Bene Valeatis. Dat

[illegible] Mauricio Epo Varmien

P. Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Mauricio Epo Varmiensi

R. Me in Christo pater et domine amice char.me et honoran.

Accepi lras R.me D.nis Vre plenas beneuolen.e et amoris fraterni in me sui, Namq preter id quod pro mutua familiaritate nra grauia damna ex inundatione aquarum, cum se ipsam, tum ceteros ore illius nicolas suscepisse mihi offitiose exponit, meae etiam recuperate Valetu: dini pie, et amice gratulatur, quod quidem ego D. Vre R.me in me studium et offitium singulare existimaui, in magna sum complexus gratitudine, illud autem quod de damno accepto comemorauit, mirifico sum dolore et animi molestia prosequutus. Noluissem enim vt hec cala: mitas, que me ex simili vi aquarum in multis fructibus et redditibus defraudauit, amicos meos contigisset, quorum potissimo in loco D. Vram R.mam semper repono, illamq immunem et indemnem a perniciosa ista labe extitisse vehementer fuissem letatus. Que tn quu ex proui: dentia dei acciderunt, neq tam priuatim paucis, q communiter multis, modesto et equo feremus omnes animo.

Vadit istuc D.s N. Plotborski Prepositus Eccl.ie D.nis Vre R.me qui quoniam studiis litterarum animum despondit, et peregrinam ali: quam vrbem bonarum disciplinarum altricem adire cupit. Plurimum rogo D. Vram R.mam, ut illi in sumptus faciendos suppeditari faciat illud, quod ex laudatissima consuetudine istiusmodi studiosis personis dari ex communibus capituli fructibus consueuit. Quo et mihi faciet rem gratissimam D.o Vra R.ma, et ille hoc suis officiis, et optima fortasse industria cum omnibus lris ac eruditione, plenus ad D.nem Vram R.mam redierit optime et diligenter promereri curabit.

Cupio D. V̄ram R̄mam felicem esse et optime incolumem, et me ita uti hactenus fecit amare, cui ego vel ob hoc solum me plurimum scio debere. Dat.

P. Tomicius. Epus Cracc. vicecancell.
Capitulo Varmien.

Venerabiles domini fratres in Chr̄o char.mi. D.s N. Plotowski Prepositus et confrater vester, declarauit nobis instituisse se aliquod tempus collocare velle in ediscendis optimis disciplinis et magistris bonarum artium conueniendis, optareq3 ut pro more veteri et laudabili instituto comunitatis et ecclie v̄re, in sumptus faciendos id sibi quoq3 daretur, quod aliis istiusmodi viam agressis, largiri et ex communi peccunia consueuit. Quod quia bona ratione nos videmus eum facere, et speremus eum eruditionem et aliquam experientiam consequutum, maiori vobis usu et ornamento esse posse. Plurimum vos rogamus, ut illi hoc quod est ex veteri consuetudine solitum libenter et sine molestia suppeditetis, cedet enim hoc in honorem v̄rm quodcumq3 illi eruditionis vestro sumptu adiuto accesserit, et ille hoc vobis, et templo isti v̄ro bene mereri semper studebit, nosq3 item etiam vobis omni gratificatione et beneuolentia n̄ra referre curabimus. Bene valete et felices sitis omnes, et nos in vestris orationibus habeatis commendatos. Dat. etc.

P. Tomiczki Eps Cracc. Viceecancell.
Capitulo Varmien.

VEnerabiles domini frēs et amici in Christo char.mi Seruitor noster D.s Albertus Kijewski Can.cus eccl.ie istius Vre, cum adeptus esset possessionem Canonicatus et prebende sue, nihil ex alterius cuiusuis iure impedimenti suspicans, ad eum modum hic in aula statum et conditionem suam composuit, vt inter ceteros et sibi et Vris D. confratribus ecclieq3 isti Varmien, pro honore et ex vsu esse posset. Nunc tn per amicos factus certior subesse, non paruas difficultates in ipso canonicatu ex parte nepotis R.mi D. ecclesie istius Vre Epi qui à defuncto domino Ioanne Ferber, dum in viuis adhuc esset in coadiutorem assumptus esse dicitur, eiq3 de eo ipso Cano.tu per sedem apostolicam prouisum esse, addubitare et metuere plurimum cepit, ne non cogatur litibus aliquibus à suscepta viuendi in aula ratione discedere et occasionem bene gerendi aliquid pro dignitate om̄ Vrum intermittere, cui rei in tempore prospicere cupiens, Supplicauit nobis vt quemadmodum in consequēdo iure ad dictum Can.cum autores illi fuimus, in pacificando etiam illo, consilio et ope nr̄a illi non deessemus. Nos vero et precibus et meritis illius permoti, non inuiti illi consilium patrociniumq3 nr̄m promisimus. Cum vero diutius animo rationes versaremus, quibus illius paci in Canonicatu predicto consuli possit incidit nobis in mentem nihil vel oportunius vel utilius ad hanc rem reperiri posse, q3 vt nepoti R.mi D. Epi in contentionem sui iuris, de primo q° Canonicatu Varmien vacaturo prouideri procuremus. Quod à Vris d. in quarum id est potestate nos impetraturos facile censuimus, de quibus iam hinc à multo tempore bene mereri quoq3 cum non modico fructu studuimus. Quare plurimum à Vris D. rogamus, vt pro eis que illis

crebro beneuolenterq prestitimus, patrociniis, consensum suum ad proui:
dendum de primo, qui vacauerit canonicatu, nepoti Rmi D. Epi prebere,
Dominumq Rmum Epum, cui nos etiam scribimus rogare velint, quo
istam future vacationis prouisionem in contentationem Iuris Nepotis
sui suscipere, et Dm Albertum Kijiorowski seruitorem nrm liberum
ab omni impedimento facere velit, in quo rem gratitudine erga nos sua
dignam et nobis maiorem in modum gratam facient Vre D. Quam illis
vicissim omni gratificatione et beneuolentia nra semper referre curabimus,
et Ds Albertus proculdubio suis offitiis amplissime merebitur.
Bene valeant et felices sint omnes Vre Dnes nosq in suis orationibus
habere velint commendatos. Datum Cracouie XXIIa Februarii
Anno domini Mo. Do XXXo.

P. Tomicius Eps Crac. Vicecancell.
Mauricio Epo Varmiensi.

Rme in Christo pater et domine amice charme et honoran.
Accepi litteras Dnis Vre Rme quibus copiose mihi explicat ius nepo:
tis sui ad Canonicatum et prebendam Varmien, cuius possessionem
Albertus Kijierowski seruitor meus obtinet. Que lre fuerunt mihi
vel ob hoc gratissime, quod Rma D. Vra illis causam que inter nepo:
tem suum et seruitorem meum, iure impediri deberet, medio equissimo pro:
posito, arbitrio meo detulerit, vnde ego magnum illius erga me singularis
beneuolentie et amoris argumentum capio, et vt me conuenit plurima
istam illis declarationem gratitudine prosequor, pro qua etiam presenti:
bus D. Vre Rme multas ago et habeo gratias. Quoniam aut ego
intelligam Nepotem D. Vre Rme per etatem non indigere, adhuc
multum sacerdotij alicuius possessione, et ex contrario videam Alberto
Kijierowski non parum de existimatione detrahi posse, si vel possessione

iam adita priuari, vel iure aliquo denuo experiri debeat, qui alioqui ob virtutem et industriam, qua hic in aula valet, magnum sibi honoris & ornamenti cumulum hoc assequuto Canonicatu adiecit: D. Vram rogo plurimum vt nepotem suum in ampliores alias dignitates et honores ecclasticos adhuc seruare, Albertum vero seruitorem meum, hoc quem adeptus est Canonicatu pacifice frui permittere velit. Quod et ego D. Vre Rme mutua beneuolenti gratificatione referre, & Albertus meus omnibus offitiis bene mereri curabimus.

C. Eterum quod attinet ad prouisionem future vacationis, nepoti Rme D. Vre, ego scripsi diligenter capitulo illius vt pro meis erga se meritis siue etiam collatis beneficiis concedant hoc mihi et polliceantur, ne quispiam in assequendo Canonicatu primo vocaturo nepoti D. Vre preferatur, quod illos mea causa facturos esse nihil dubito, quidquid tamen mihi responderint, Dnem Vram Rmam certiorem facere curabo. Interim me amori & beneuolentie fraterne Dni Vre Rme commendo, quam sanam et felicem in multos annos esse vehementer desydero, et pro munere misso, magnas ago & habeo illi gratias.

Datum Cracouie xxa Februarij. Anno domini
Mo Do xxxjo

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.

Sigismundo primo regi Polonie.

S Acra Regia Mtas & domine domine clementme.

Post humilem seruitutis & orationum commendationem. Accepi ex litteris Rmi Dni Archiepi Leopolien nuper ad me scriptis dedisse Mtem vram facultatem Nobili Georgio Borowski aulico suo bona sua Laski redimiendi, que quidem bona iam antea supplicante eodem dno Ar:

chiepo Leopolien Mtas vra ad vitam concedere ita est dignata Nobi:
li Caterine nupte olim Generosi Raphaelis Pbredro, et patruelis sororis
prenominati domini Archiepi, vt illa viuente nemo alius preter Mtem
vram solam illa redimere possit. Que sane res quia mihi videtur et preter
consuetudinem Mtis vre accidisse, et non vulgarem inuidiam atque odium
inter eas personas, quarum res agitur conciliare. Supplico Mti vre,
vt ad eam rem adijcere animum dignetur, et pro more suo clementiaque
solita, et dignitate Regia id integrum esse iubere ei vidue, cui semel
lras super possidendis eis bonis in vita Mtas vra concedere et dare
dignata est. Quod illa primum, deinde etiam Ds Archiepus vna mecum
seruitute nra diligenter promereri curabimus Mti vre Serme.
Cuius ego gratie me, et seruitutem meam rursus suppliciter deuoueo
et comendo, eamque felicissimam esse et quam diutissime cum Serma coniu:
ge sua et liberis omnibus incolumem vehementer cupio et opto.
Datum Cracouie dominica palmarum die xxia Marcij.

P. Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Joanni Choienski Archidiacono Cracc.
Secretario Regio.

VEnerabilis domine frater in Chro charissime. Scripsimus ad Regiam
Mtem in negotio cuiusdam vidue patruelis sororis Rmi D. Archiepi
Leopolien prout ex lris sue Mtis animaduertere et prespicere poteritis,
vt non pateretur ab illa contra lras ab aliquod annis illi ad vitam da:
tas bona sua Regia Laski alicui alteri preter se ipsam redimere.
Nam vt ad nos scripsit ipse Rmus Ds Archiepus Leopolien. Intelli:
gimus dominum Georgium Borowski aulicum aliquando Mtis sue
consensum esse nactum Mtis sue, vt hanc viduam ex bonis prenominatis
exigere data illi eius pecunia tanquam nomine Mtis sue possit. Que
equidem res videretur nobis et preter dignitatem Mtis Regie, et preter

modum equitatis accidere, si forte quod nolimus admittatur. Nam quod semel placuit concedi alicui in priuilegium, hoc rursus preter causam reuocare, neque equum est neque decorum. Quare vos plurimum rogamus vt Maiestatis sue animum et nomine nostro et persuasione vestra diligenti, ita ad eam rem concilietis, vt et prenominata Nobilis vidua, ius suum obtinere possit et dominus Archiepiscopus causam ob non seruatas sorori sue literas, querendi non habeat. Quo et nobis facietis rem gratissimam, et vobis offitioque vestro dignam. Bene valete. Datum

P. Tomicius Episcopus Cracoviensis Vicecancellarius
Sigismundo primo regi Polonie

SAcra Regia Maiestas et domine domine clementissime. Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem. Sculteti ex villa Maiestatis Vestre Lopunie ad oppidum Voinicz spectante, a quibus redimi Sculteciam Maiestas Vestra Nobili Vencesslao Voiakoroski permisit, profusis lachrimis ad me accurrerunt, exposueruntque mihi seuere et acerbe nimium secum agi, quod ex insperato scultecia, in qua illi et progenitores eorum nati et educati sunt, quamque longa cura et labore graui non modo excoluerunt. Verum etiam late propagarunt sibi ab eo adimatur, qui ~~magnam~~ neque de agris Sculteciae sue, neque de Maiestate Vestra sit aliquid meritus, quique si a principio colendi instruendique essent agri illi, nunquam illos concupisceret, verum se senes animaduertisse, ad propulsandamque iniuriam minime aptos, agrosque autem et nouales et feraces factos, vnde occasionem sumit facilem se ex alieno sudore ditandi. Quare cum illis citatis a dominis Nicolao Thasszriczki subiudice Cracoviensi Nicolao Chotowski, et Francisco Rokoss comissariis Maiestatis Vestre dolor et labor prohibuisset ne literas et priuilegia sua ostenderent, nisi ipsi Maiestati Vestre, quam sperant pro Regia pietate et

clementia sententiam privilegiorum suorum et verborum recte interpre:
taturam esse, provocarunt ad illam. Quia tamen metunt ne interea possessio
per comissarios M.tis V.rae redemptori decernatur, et ipsi miseri de suo exi:
gantur: Supplicant M.ti V.rae Ser.me egoque una obnixe supplico, ut miserta
calamitatis hominum vetulorum. M.tas V.ra inhibere dignetur com:
missariis suis predictis, ne illos de possessione Sculteciae ~~imponunt~~ ipsorum extur:
bent, et ne quid amplius in hac causa ad adventum M.tis V.rae agant.
Cum enim redierit M.tas V.ra, facile id quod equum erit in illos sta:
tuere vel decernere poterit. In quo rem pietate sua Regia dignam
prestabit, et quam illi pauperes perpetuo una mecum M.ti V.rae bene
mereri studebunt. Cui ego rursus me cum servitute mea diligenti
suppliciter commendo, felicissimamque esse M.tem V.ram et quam diutissime
cum Ser.ma coniuge sua, et liberis incolumem, vehementer desydero
Datum Crac 24 [illegible] 1535

P. Tomicius Eps Crac. Vicecancell.
LAVRENTIO Prząnowski Pa:
latino & locum tenenti Masovie.

Magnifice domine amice char.me Retulit mihi Nicolaus Regula
Singularis et egregii quondam medici in Regno V.ro filius, provocari
se iuditio de nonnullis bonis, que in palatinatu M.ce V.rae obtinet ab
iis, cum quibus ille neque contractu, neque sponsione, ut illi asserunt quidque
pepigit, vel convenit.. Quare ego M.am V.ram rogo, ut illi quando opus
erit autoritate et equitate sua, contra adversarios adesse velit, ne per
iniuriam iniquorum opprimatur. Nam alioquin illius simplicitas et
parva in litibus experientia, circumveniri facile à quibusuis pote:
rit, Faciet mihi rem gratam M.a V.ra, et quam ipse Nicolaus Regula
illi bene mereri semper studebit. Bene valeat M.a V.ra et sit quam diu:
tissime incolumis et felix. Datum Cracovie

P. Tomicius. Eps Cracc. Vicecancell.o
Laurentio Prazmowski Palatino
et vices gerenti Masouie.

MAgnifice domine amice char.me Declaratum est nobis nomine D. Iudicis Varschouiensis, quod sit in ius, cum M.a V.ra presidet, à D.no Castellano Plocen. vocatus. Quod factum D. Iudicis causa dolemus plurimum, namque preter id quod est vir probus, et de nobis bene meritus, videtur nobis causam habere iustam, et l.ris M.tis domini n.ri munitam. Quare plurimum rogamus M.am V.ram, vt tempore iuditii habendi, D. Iudici et cause sue fauere, adiumentoque esse velit, quantum iusticie et equitatis ratio postulare videbitur, In quo et mihi faciet rem gratam M.a V.ra, et offitium suum apud omnes reddet comendatum. Valeat felix M.a V.ra, sitque diu salua et incolumis. Datum Crac.

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Adriano Golinski Castell.o Czirnensi,
et Capitaneo Czechouien.

GEnerose domine amice n.r char.me Vocatus est in ius à D. Castellano Plocen. D.s Iudex Varschouien. in causa que nobis ex parte domini Iudicis equa videtur, et l.ris M.tis Regie bene firmata. Quare nos quidem nihil dubitamus iusticiam ipsam iudicii tempore suffragaturam esse domino Iudici, quia tamen voluit l.ris nostris apud D. V.ram commendari. Nos propter illius probitatem et merita D.m V.re

illum et causam suam commendamus, Rogamusq[ue] ab illa, ut quantum ius et aequitas suadere videbitur illi opera et patrocinio suo adesse velit vestra causa, Quod nos vicissim D. V[est]re beneuolentia et gratificatione n[ost]ra referre curabimus. Que bene valeat, et sit semper incolumis et felix. Datum Cracouiae.

P. Tomicius Ep[iscopu]s Crac. Vicecancell.
Joanni de Perstain.

S

Pectabilis et Magnifice domine, amice chariss[i]me et honorande. Dum hic in possessionibus Episcopatus mei à Crac absens manerem. L[itte]ras M[agnificenti]ae V[est]re sunt ad me ex Cracouia allatae quibus à me postulat, vt D[omi]n[u]m Czarnkowski, vel ad Ser[enissi]mum D[omi]n[u]m Regem seniorem, vel ad iuniorem in aulam, sicut pro illo commodissimum arbitrarer addicerem. Qua in re non est quod aliud M[agnificenti]ae V[est]re nunc respondeam, nisi q[uod] M[aies]t[a]te Regia à Regno absente nihil eiusmodi à me prestari hic potest, nam difficile est per l[itte]ras hoc in genere quidpiam à M[aies]t[a]te sua impetrare: Quippe que non solet ad Regalem suam aulam, nisi presens in Regno aulicos suscipere. + Carniewsky

Ceterum quod ad Regem iuuenem attinet, ea est eius etatis adhuc ratio, vt nulli nisi certi pauci adolescentuli seruitores illi adhibeantur, sed neq[ue] per aliquod temporis interuallum adhibebuntur. Quare rogo plurimum M[agnificenti]am V[est]ram boni consulat, q[uod] ad presens desyderio illius obsequi non possim, cui satisfacere tum nunc grauabor, cum M[aies]tas Regia ad regnum deo bene volente reuertetur, et M[agnificenti]a V[est]ra me de hac re suis litteris admonuerit. Interim me amori et beneuolentie M[agnificenti]ae V[est]re commendo, quam sanam et felicem esse ex animo opto. Datum in Dobrowoda die xxiiij[a] Septembris Anno domini M[illesim]o D[quingentesim]o xxxj[o]

P. Tomicius Eps Craccovien. Vicecancell.
Vngaro.

Spectabilis et magnifice domine, amice char.^me ac honorande.
Rogarunt me non nulli amici mei interponerem partes meas apud
Vram M.ciam quo hunc Nobilem Joannem Vidlenski de terra Do:
brzinen. in quodam conflictu à militibus Vre Mag.cie captum istic
in Hungaria à sponsione fidei, qua obstrictus est liberum faceret,
à captiuitateque manu mitteret. Quod quia ego satisfacere volens illo:
rum precibus facturum me recepi. Rogo plurimum Vram M.ciam
vt memor rerum humanarum, que hisce casibus sunt semper obno:
xie velit eundem Nobilem Vidlenski à sponsione fidei per eum
prestita dimittere, ac absoluere, destinauit namque cessare iam dein:
ceps, ab hac que non satis ei feliciter accidit militia, et neutri parti
assistere, quin domi se continere velle cum suo patre, homine iam
per etatem valetudinario. Erit ea res mihi gratissima, si eam
per Vram M. factam, esse causa mea cognouero, mutuoque illum vi:
cissim officiis amicicie et gratificatione mea referre Vre Mag.cie
Quam felicem esse, optareque valere in multos annos vehementer
desydero. Datum Crac.

Sigismundus primus rex Polonie
Ferdinando Romanorum. Hun:
garie. Bohemie regi. Archiduci
Austrie.

SERme Princeps et domine
Mittimus istuc per presentem aulicum et Nunctium nrm ad Mtem
Vram Sermam adolescentem Nobilem filium Mci Martini
Misskowski Castellani Vielunen: consiliarii nri, sincere nobis dile:
cti, quem Mti Vre Serme commendamus, et ab illa postulamus, vt
illum in numerum seruitorum et Cubiculariorum suorum nra causa
recipere, et gratia sua complecti velit, vt et consiliarius predictus
et filius eius cognoscant intercessionem apud Mtem Vram non vulga:
rem fore. Nos vero vicissim pari officio Mti Vre in similibus re:
spondere et satisfacere per omnem occasionem curabimus.
Commendamus nos amori et beneuolentie fraterne Mtis Vre Serme
cui precamur omne bonum, et optamus ex animo vt sit recte sana
et semper felicissima. Datum Cracouie die prima Junij.
Anno domini Mo Do xxijo Regni nri xxviijo m. bled.

Magnifice domine et domine honoranme Is adolescens qui presentes
lras meas reddet Mti Vre eo animo se istuc contulit vt se illius aule
addicat, et in offitiis militaribus illi seruiat, quem cum ego à multis

annis hic fidum, et in omni virtute laudatum agnovi, nolui eum commendatione mea vacuum istuc proficisci. Quare presentibus illum M^cie^ V^re^ commendo, et simul illam rogo, ut velit eum in numerum servitorum suorum suscipere, gratiaque sua tantum quam sua virtute merebitur complecti. Id ego omni vicissim gratitudine promereri et gratificatione mutua amice referre M^e^ V^re^ curabo, Cuius amori et benevolentie me comendo, et illam semper felicissimam et recte incolumem esse desydero. Datum.

P. Tomicius Eps Cracc. Vicecancell.
Prelatis et Canonicis Ecclesie Cathedralis Vilnen.

Venerabiles domini fratres in Chro char.^mi^ Vocatus est ad munus suffraganeatus. Is religiosus Felix sacre Teologie professor per R^mum^ D^m^ istius vre ecclie Vilnen Epum. Qui tametsi virtute et eruditione sua gratus ubique esse possit. Petiit tamen se lris nris apud vos comendari, ut confidentius illorum sibi noticiam et familiaritem istuc veniens conciliare valeat. Quare nos illum quantum possumus vobis comendamus, et rogamus a vobis ut illius industrie et doctrine faveatis, virtutemque et modestiam qua preditus est, ita ametis, ut et ille desyderii sui fructum in benevolentia vra, et nos in comendatione nra laudem ab illo consequi valeamus, quo facietis et nobis rem gratam et sua virtute dignam, quam vicissim nos per omnem occasionem referre vobis curabimus. Bene feliciterque omnes Valeatis. Datum.

Sigismundus primus rex Polonie
Capitulo Vilnensi.

Venerabiles devoti nobis dilecti. Cum hic apud nos proxime esset Rdus Ds Episcopus Vilnen, retulissetque nobis vaccare tum adhuc suffraganeatus in sua ecclia offitium, cui multum expediret virum aliquem, et doctrina et virtute eximium preficere, Nos cum Serma coniuge nostra ad necessitatem ecclesiasticam spectantes, et item dni Epi honori et offitio consulere volentes nominavimus illi ad munus suffraganeatus sui, Religiosum virum Doctorem Felicem, sacre teologie professorem, cuius virtutem vita et doctrina singulariter nobis fuit semper comendata, quem tametsi sciamus à domino Epo ad quem solum offtio suffraganei pertinet susceptum omnino esse, quia tamen illum hominem in isto ducatu, novum adhuc et incognitum vellemus ab omni cura et sollicitudine quorumuis impedimentorum liberum facere, voluimus vos presentibus litteris de hac voluntate nostra certiores facere, et declarare vobis, nos neminem alium preter dictum Doctorem Felicem in Suffraganeum recipi vel consecrari permittere velle. Quare vobis mandamus, ut illi pro debito vestro, quantum et illius negotia et voluntas nra postulare videbuntur, adsitis, illumque non modo non tentetis non suscipere, sed ne cogitetis quidem contra voluntatem nostram aliqua ratione impedire. Pro gratia nra aliter non facturi.
Datum Cracovie die vija Iunii Anno dni Mo Do xxxjo
Regni nri xxvo

P. T. Ep̃s Crac.

P. Tomiczki Ep̃s Cracc. Vicecancell.
Joanni Hungarie Dalmatie Croatie
regi.

Sacra Regia M^tas et domine domine clement^me
Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem.
Cum estate preterita Galeatius servitor meus Buda reversus mihi retulisset, quod se in offitium tonsorum M^ti V^re Ser.^me addixerit, maiorem in modum illius factum probavi, sumque illi ex hac causa gratulatus, quod ex familia mea in tam sublimem Regalis servitii conditionem recipi meruerit. Nunc vero cum ad obeundum munus suum proficisci se iam oportere istuc diceret dimittere illum sine meis l̃ris presentibus nolui, quibus M^ti V^re Ser.^me illum comendarem, ut pote hominem comendatione dignum, per multos enim annos, quibus artis sue operas mihi prestabat, nihil in illo comperi, quod a virtute vel probi hominis modestia alienum esse possit. Quare M^ti V^re Ser^me supplico ut de illius fide et integritate, primum sibi bene persuadere, deinde illius offitiis et operis ita uti dignetur, ut et ille servitutis sue, et ego comendationis ex gratia M^tis V^re Ser.^me fructum reportare aliquando valeamus, quod vicissim ille una mecum perpetua servitute M^ti V^re Ser^me bene mereri curabit. Quam ego servitutem cum omnibus offitiis meis iterum atque iterum M^ti V^re Ser^me commendo, felicissimamque illam esse semper, et in plurimos annos recte salvam et incolumem vehementer desydero. Datum

P· Tomicius Epus Cracc· vicecancell·
Chrofero de Schidlowiecz· Castel:
lano Cracc· Regni Polonie Can:
cell°.

MAgnifice domine domine et amice honoran.me Conuenit me hodie Ds abbas Clare Tumbe, et retulit mihi frem Stanislaum ordinis sui profes:sorem et picture peritum, qui iam per multum tempus à claustro et communitate fratrum suorum aberrabat, et erat seiunctus, redisse ad offitium suum, veniamque ab illo et fratribus ob erratum admissum postu:lasse. Quem quia penitentem et supplicem Ds abbas à comunione et contubernio fratrum reiicere non poterat, sed pro christiana charitate se illum suscepturum rursus est pollicitus, id quod ego probo et com:mendo vehementer. At quoniam plurimum es alienum frater ille con:traxit, et Ds abbas metuit ne debitis alienis claustrum oneretur, Mam Vram ego magnopere rogo, vt ex prouentibus parrochialis, quam prenominatus Stanislaus Monachus ~~eiusdem parrochialis~~ obtinebat dissolui creditoribus permittat et mandet, et ad collationem adhuc eius parrochialis non acceleret, pium enim offitium prestabit Ma Vra si erran:tem hominem ad offitium suum redire, expeditum ere alieno patietur, et abbatem cum fratribus molestia liberabit. Commendo me amo:ri et beneuolentie fraterne Me Vre, quam felicissimam esse et eum suis omnibus incolumem vehementer desydero. Dat.

Petrus Tomicius Epus Cracc. vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie

SAcra Regia M^tas et domine domine clementis^me. Post humilem servitutis et orationum mearum comendationem. Constituit iam pridem Stanislaus Meisner, supremi iuris in castro Crac. aduocatus, loco Magistratuq; suo concedere Ioanni Vanson, si ad id assensus et authoritas M^tis Vre accederet Quare ego nomine eius Ioannis supplico M^ti Vre Ser^me, ut illi in hoc offitio obtinendo regia sua authoritate et assensu gratificari dignetur, nam est vir provecte etatis, Integer atq; ex omni parte industrius, lingueq; nre non adeo ignarus prout, apud M^tem Vram de ipso dictum fuerat. Videtur si quidem mihi bene omnia que dicuntur intelligere que vero concipit ipse, commode satis proferre et eloqui sicut is qui alibi et natus et educatus est. Proficiscitur aut istuc ad M^tem cum Nunctio Civium Crac, expositisq; negotiis civitat sibi commissis supplicabit M^ti Vre de assensu faciendo, et se sermoneq; suum in presentia apud M^tem Vram declarabit et ostendet. Quod si impetrabit, omni servitute sua et diligentissimis offitiis hoc M^ti Vre Ser^me vna mecum bene mereri curabit. Cui ego rursus hanc servitutem meam, et me quoq; ipsum diligentissime commendo, et eam felicissimam esse atq; diu sanam saluam incolumem cum Ser^ma coniuge sua et liberis vehementer desydero. Datum Cracovie xxix^a Junij.

2168

D. Tomiczki Eps Crac. vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

SAcra Regia M^tas et domine dne clementissime. Post perpetue seruitutis et orationum mearum humilem commendationem. Cum redirem nuper ex conuentu Varschouien, functus est vita D.s Sbigneus Podlodorski, qui offitium Notariatus terre Sandomirien obtinuit, ad quod quidem offitium tametsi ego tum statim per lras meas commendaueram M^ti vre Ser^me D.m Podkanski vicecapitaneum Radomien. Quia tamen D.s Paulus Colaczkorski aulicus M^tis vre petere illud quoque nuper intendit, meque rogauit vt se apud M^tem vram iuuarem, quo illud consequi possit. Rogo humiliter M^tem vram, dignetur seruitutis illius benignam rationem habere, et si inter alios quatuor electus et designatus fuerit, ei offitium Notariatus Samdomirien gratiose conferre. Nouit enim sane M^tas vra Ser.^ma qua fide ac obseruantia illam semper coluerit, ac etiam num colat, et quod sit iuris communis et regni peritus, et proinde recte vniuerse terre Sandomirien M^tas vra consuluisse videbitur, si ei virum tam idoneum constituere notarium dignabitur. Me et meam humiliam seruitutem commendo iterum M^ti vre Ser.^me quam Christus Iesus cum suis omnibus seruet nobis et orbi Christiano, quam diutissime sospitem et felicem. Datum in Bodzancin

P. Tomicius Eps Cracc. vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

SAcra Regnalis Mtas et domina domina clementma. Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Cum certo accepissem Dm Sbigneum Podlodowski Notarium terre Sandomirien. functum esse vita, rogatus ab amicis Dni Stanislai Maczierowski aulici Mtis vre Serme Comendaui illum Mti vre et rogaui, vt illi quo offitium Notariatus eiusdem terre Sandomirien assequi posset, sua intercessione et patrocinio iuuare dignaretur. Quia vero postea cogitaui mecum, quod forte nobilitas communis non pateretur, vt pater et filius vni iuditio preessent, et Ds Paulus Colaczkowski peteret à me, vt illum ad hoc ipsum offitium Notariatus quod vacat, Mti vre Serme commendare, non visum mihi fuit precibus et iusto desyderio illius deesse, sciens illum esse aulicum Mtis Regie, et iurium Regni singulariter peritum: Rogoque humillime Mtem vrám, dignetur illum sua autoritate et gratia iuuare apud Mtem Regiam, vt sufficiatur in locum Notarii demortui, et offitium hoc vacans assequatur. Quo faciet Mtas vrá rem sua virtute et benignitate dignam, et mihi longe gratissimam, et valeat felicissime cum suis omnibus Mtas vrá Serma, et meam humilem servitutem habeat sibi semper commendatam. Datum in Bochzagin die iijo Marcii

P. Tomicius eps Cracc. vicecancell. S.
Paulo Colaczkowski aulico Regio

GEnerose domine amice charissime. Reddidit nobis hoc mane filius vester litteras vestras, quibus postulatis à nobis, vt vos opera et patrocinio nostro apud Regiam et reginalem Mtem iuvaremus, quo officium Notariatus terre Sandomirien, quod nunc vacat per mortem Dni Sbignei Podlodowski obtinere possitis. Nos tametsi preces et comendatioes nostre, quas in commendationem amicorum facimus, plerumque nobis non satis procedant, plusque interim odii et inimiciciarum, quam gratie apud homines nobis afferre soleant, prout vos ipsi quoque id testati estis lris vestris, quibus incusatis nos quod vos nostris intercessionibus in assequendo indicatu terre Sandomirien impeduierimus, nolentes tamen precibus vestris deesse, ut cognoscatis, quod sincero affectu cupimus iuvare vos in precationibus vris et fortunas vestras pro virili nostra allevare: Scripsimus lras ad Regiam et Reginalem Mtem ac etiam ad dominum Gbiorenski commendantes diligenter et ex animo virtute et obsequia vra, et rogantes, vt Mtes sue vos in locum et offitium Notarii terre Sandomirien demortui sufficere dignarentur, et bene speramus, modo curate, vt studio et diligentia vra vobis ipsis non desitis. Bene valete. Dat.

P. Tomicius Epus Cracc. Viceccancell.
Joanni Choienski Archidiacono Crac.
Secretario Regio.

V Enerabilis domine frater in Chro char.me Non possumus precibus hominum deesse, qui putant nostris commendationibus rebus et desyderiis suis recte consuli posse, utcumque nos re ipsa aliter experimur. Cum ex conventu Varschovien. rediremus, et iter per Radom faceremus. Mortuus est D.s Sbigneus Podlodovski. notarius terre Sandomirien. cumque D.s Podkanski vicecapitaneus Radomien. tum statim rogasset nos, ut se apud M.tem Regiam iuvaremus, quo offitium Notariatus vacans, obtinere posset. Dedimus ei lras ad M.tem suam scientes quod illa nihil sit factura nec declaratura voluntatem suam pro aliquo, nisi prius facta electione de more quatuor persone per D.m Palatinum et ceteros dignitarios ac officiales terre Sandomirien. electe illi presentent. Cum autem D.s quoque Paulus Colaczkovski petat hoc Notariatus offitium, sitque vir et de M.te Regia benemeritus, et iuris communis Regni non ignarus. Commendavimus etiam illum M.ti sue Regie et vobis commendamus. Rogamusque vos adiuvetis eum pro virili vra ut voti sui compos esse possit. Nam certe inter alios nostro iuditio est ad offitium istud valde idoneus. Valete feliciss.me. Dat.

P. Tomicius Epus Crac. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie

SAcra Regia Mtas et domine domine clementme Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Tametsi non sit mihi cognitum contulerit nec ne ad hoc tempus Mtas Vestra Serma Castellanatum Rauen. alicui, qui vacat per mortem domini olim Gisigki. Quia tamen dominus Andreas de Thrczana, fratre suo internunctio à me rogauit, vt partes meas interponerem apud Mtem Vram, quo illū ei dignitati preficere dignetur, Mti Vre Serme supplico, vt si res adhuc integra manet, illum hoc munere et honore ornare dignetur. Nam Ds Andreas prenominatus et amicis et patrimonio. et gratia populari plurimum in illa prouincia inter equales suos valet, que sunt equidem ad sustinendum omne munus publicum non postrema adiumenta. Si autem hoc impetrat apud Mtem Vram pollicetur se perpetua seruitute de illa et repub. bene mereri curare semper, quem ego sicut commendatione apud Mtem Vram nunc promoueo, ita offitiorum omnium sedulitate posthac iuuare studebo. Que offitia seruitutemq ac me ipsum quoq rursus in gratiam Mtis Vre Serme commendo, quam felicissimam esse et qdiutissime cum Serma coniuge sua et liberis incolumem vehementer desydero

P. Tomiczki Epus Cracc. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

Sacra Regia M^tas et domine domine clementiss^me. Post humilem servitutis et orationum mearum comendationem. Scripserunt ad me amici quidam mei ex Palatinatu Plocen. Iudicem Zawkrzensem non multo ante vita functum esse: in cuius locum alterum nunc sufficere pertinet ad offitium M^tis V^re. Et rogarunt a me coniunctis studiis, vt M^ti V^re commendarem Jacobum Sdzarski subiudicem Plocen. quem iuditiis Sweczensibus preficere, et in subiudicatus Plocen. rursus locum Nobilem Sta^m Vitoslavski subrogare dignaretur. Namque vtrumque illorum dicunt esse et probum et in iuditiis exercitatum. Quare ego supplico M^ti V^re Ser^me vt ad studia multorum, voluntatem et iuditium suum accommodare in hac re dignetur, designareque istos in offitia iurisdicendi, qui et grati in provintia et ex virtute laudati existunt. Quo et dignitati sue Regie optime prospiciet M^tas V^ra, et subditis illius loci, plurimum gratificabitur. Ego autem id servitute mea diligenti M^ti V^re Ser^me optime mereri studebo. Quam servitutem iterum atque iterum vna mecum in gratiam M^tis V^re Ser^me commendo, felicissimamque esse M^tem V^ram et in multos annos cum Ser.^ma coniuge sua et liberis bene incolumem vehementer desydero. Datum Cracovie XV^a Maii

P. Tomicius Cp̃s Cracc. Vicecancell.
Ioanni Choienski Archidiacono Crac.
Secretario Regio.

Venerabilis domine frater in Christo char^me.
Rogati ab amicis nostris de terra Plocen. Scripsimus ad M^tem
Regiam l̃ras, ut iuditiorum offitium in terra Szakrzew, quod nunc per
mortem prioris iudicis vacat, conferre dignaretur Jacobo Sdzar:
ski subiudici Plocen, et Plocensem rursus subiudicatum, Nobili Sta^o.
Vitoslawski, utriq3 probo, et ex virtute atq3 industria singulari mihi
commendato. In qua re vos etiam plurimum rogamus, ut operam ṽram
diligentem interponatis, et curetis efficere, ut uterq3 eorum desyderij
sui compos esse possit, facietis rem dignam offitio ṽro, et nobis pluri:
mum gratam. Feli^me valete. Datum

P. Tomiczki Cp̃s Cracc. Vicecancell.
Domino Vitinio Canc̃o Plocensi

Venerabilis domine frater in Chr̃o char^me. Habiturus est istic actioñ
servitor vester Sta^s Podlodowski, apud D.^m abbatem et officialem Plo:
cen̄ iudicem Commissarium de ecc̃lia parrochiali in Magna Skrzin,
et contra D.^m Felicem Naropinski Decanum Vladislavien, in quo ne
gotio quia mittit istuc frem̃ suum, ut procuratorem aliquem peritum
sue isti cause adhibeat. Nosq3 sciamus quantum et vos ipsi in hac parte

valeatis, et apud alios possitis, plurimum vos rogamus, ut nostra causa illum consilio et patrocinio vestro adiuvetis. Nam quidquid illi vel opere vel consilii prestiteritis. Nos vobis id vicissim benevolentia et gratificatione nostra cumulate referemus. Agimus preterea vobis et habemus magnas gratias, quod Alberto Lubsowiczki notario nostro non defuistis consilio vestro in eius causa iustissima, in qua potentia nonnullorum opprimitur, et hoc verum offitium illi prestitum, curabimus vobis omni studio nostro per omnem occasionem referre. Bene valeatis et felix sitis. Dat.

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
Sigismundo primo regi Polonie.

SAcra Regia Mtas et domine domine clementme. Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Multi homines putant se resque suas admirari posse mea commendatione apud Mtem Vram, et ideo frequenter ad me confugiunt petentes se commendari Mti Vre Serme quibus ego operam meam pro offitio humanitatis negare non possum. Non ignorat Sacra Mtas Vra D. Paulum Lipniczki, subiudicem Sandomirien iam pridem e vita excessisse. In cuius locum et offitium cupit suffici Ds Bartolomeus Casanowski, subiudex Lucovien, vir probus et rectus, quem ego Mti Vre singulariter commendo. Rogoque illam plurimum, si erit in numero electorum ad offitium subiudicatus vacantis benignam servitutis et virtutis illius rationem habere dignetur. Quod ille perpetua observantia et fide sua Mti Vre demereri studebit. Dominus Deus servet quam diutissime Sacram Mtem Vram cum suis omnibus sanam et felicem. Cui me rursus suppliciter commendo. Dat.

P. Tomiczki Epus Cracouien Vicecancell
Bartholomeo Casanowski Subiudici Lucouien

Generose domine amice char.me Tametsi sciamus Regiam M.tem non solere conferre, neq3 promittere cuiq3 offitia iuditiorum terrestrium, nisi cum ei presentantur quatuor persone de more per D. Palatinum, dignitarios et communem nobilitatem electe. volentes tamen satisfacere postulationi vre, dedimus litteras nostras ad M.tem suam, quibus illi supplicamus, vt si eritis in numero eorum qui eligentur ad offitium Subiudicatus terre Sandomirien quod nunc vacat, vobis illud conferre, seruitutisq3 vestre benignam rationem habere dignaretur, eas aut lras quas ad M.tem suam scripsimus, mittimus vobis cum presentibus. Et optamus vos bene ac feliciter valere. Dat

P. Tomiczki Epus Crac Vicecancell
Bone Reginae Poloniae

Sacra Regmalis M.tas et domina dna clement.ma Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem.
Scripsit ad me Mag.cus D.s Georgius Radiuilus Castellanus Vilnen et Capitaneus Grodnen etc. Glosem suam D.ni Marsalci Magni, fratris sui defuncti, vxorem ad secundas nuptias non multo ante transisse, et nihilominus tamen adhuc nepotum suorum ex fratre tutelam in preiuditium et iniuriam ipsius retinere velle. Quam quidem tutelam quia ipse scit iure legittimo ad se pertinere, et prouidere volens, ne nepotes

sui vitrici negligentia detrimentum aliquod patiantur. Cuperet patrocinio Mtis Vrae Sermae authoritatem Mtis Regiae ad hanc rem implorare vt sibi pro agnationis et consanguinitatis iure legittima Nepotem ex fratre tutela decernatur. In qua re quia ipse diligenter a me postulauit, vt sibi promotione mea apud Mtem Vram adessem. Ego Mti Vrae supplico, vt suam hanc causam comendatam cum apud se tum apud Mtem Regiam habere dignetur, et illam quantum ius equitasque patietur tutari et promouere. Quod ego semper vna cum prenominato Dno Castellno Mti Vrae omni fide et seruitute mea bene mereri studebo. Quam Mtem Vram sanam et saluam item et felicem vndique esse cum omnibus liberis, et Sermo coniuge suo vehementer desydero, illique me et seruitutem meam, iterum atque iterum suppliciter commendo. Datum Varschouie die xix Januarii. Anno Domini.

P. Tomiczki Epus Crac Vicecancell
Sigismundo primo Regi Polonie

SAcra Regia Mtas et domine domine clementme. Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem.
Dominus Ioannes Voislawski Canonicus Varschouien et notarius Lomsensis, bonus ac vtilis seruitor Mtis Vrae, cum ex rumore quodam et nonnullorum sermonibus cepisset hic esse multum sollicitus, ne ex oppido Ostrolanka, quod ad extenuationem summe iampridem est sibi in sexagenis sexcentis oppignoratum ab aliquo ante tempus, residuo sibi pecuniae suae solummodo soluto, extruderetur, magno studio me rogauit vt illum de hac re precibus et commendatione mea iuuendum apud Mtem Vram susciperem. Ego vero et illum iusta postulare intelligens, et sciens Mtem Vram nihil preter ius et equitatem, cuiusque optare, confidenter

et erixe M^ti V^re pro illo supplico et vna rogo, vt illum secundum formam hyppotece et tenorem l'raz, quas super eo babet oppido, ius suum optinere pati dignetur, nisi forte M^tas V^ra ipsa velit, pro vsu et vtilitate sua id recuperare. Nam boc et ille admittit libenter, et ego impedire nequaquam volo. Sed boc solummodo curo, ne aliquis importune precipiat ei viro parum boc lucellum vel emolumentum quod pro opera et seruitiis prestitis ex dominorum suorum gratia sibi obtigit. In qua re si gratiosum illi dare responsum M^tas V^ra dignabitur, cumulata offitiorum suorum diligentia respondere M^tis V^re clementie erit obligatus, et ego seruitute mea promereri curabo. Quam seruitutem cum omni studio et sedulitate mea ego iterum atque iterum M^ti V^re commendo, illamque felicissimam esse et in multos annos cum Ser.^ma coniuge et liberis suis bene incolumem vehementer desydero. Datum Varssouie feria sexta proxima ante festum purificationis S. Marie dne' n're. Anno domini

P. Tomiczki Ep'us Crac' Vicecancellarius
Bone Reginie Polonie

Sacra Regmalis M^tas et domina domina clementissima
Post humilem seruitutis et orationum mearum comendationem.
Est bic in ducatu Masouie D's Joannes Voisslawski Canonicus Varsouien' et Notarius Lowsen'. Cui pro illius iusta et liberali seruitute, multus fauor et gratia ab Illustribus olim dominis Ducibus Masouie debebatur. Is quia intellexit se nunc per nonnullos apud M^tem Regiam dominum nostrum clementissimum oppugnari, et de eripiendo sibi oppido Ostrolanka, quod ille bic in ducatu iure byppotece in sexingentis sexagenis ad summe vsque sue per equas omnes pensiones extenuationem obtinet, apud M^tem suam minime obstari. Supplicat M^ti V^re Ser.^me

et ego illius causa una supplico, ut illi gratia et patrocinio suo in hac re adesse, et apud M^tem suam ita illum contra quemque tueri et defendere dignetur, ut ille secundum tenorem litterarum, quibus est hippoteca prenominati oppidi circumscripta. Jus suum optinere possit, neque aliquis illi in administrando hoc ipso oppido interea preferatur, dum ille residuas sume sue pensiones percipit. Nam hoc et ille et ego diligenti seruitute promereri M^ti V^re diligenter et sedulo curabimus. Cui ego omne meum offitium et humilem seruitutem etiam atque etiam commendo, optoque ut M^tas V^ra Ser^ma sit felicissima semper et cum Ser^mo suo coniuge iucundissimisque liberis viuat sospes ac diu incolumis. Dat. Varschouie die xxviij^a Januarii. Anno domini

P. Tomiczki Epus Crac. Vicecancell.

Sigismundo primo Regi Polonie

Consiliarii ex Conuentu generali regni Varssauie acto: Rege tunc in Lituania agente

Sacra Regia M^tas et domine domine clementissime. Post humilem seruitutis et obsequentissimorum offitiorum nostrorum comendationem. Detulit ad me nobilis Nicolaus Boglewski reperisse se litteras donationis, cuiusdam auo suo ab uxore facte, in bonis et villis Gotkowo Rszi Kuchari, que bona cum aliis pluribus villis Ill^res olim domini Duces Masouie predecessores M^tis V^re propter homicidium ab aua sua in eundem auum commissum loco pene publicauerat, et nunc sunt per successionem ad M^tem V^ram deuoluta. Quas quidem litteras cum ille arbitretur plenissimum ius sibi ad prenominatas tres villas tribuere, multis nos verbis obsecrauit, ut M^ti V^re supplicaremus, quo in isto iure et hereditate legittime ad se transmissa, ipsum conseruare et tueri dignetur. Nos vero tametsi nihil dubitemus M^tem V^ram Ser^mam pro sua summa prudentia et in statuenda equitate consuetudine, illi pari ratione in eo quod ad illum pertinet iusticiam administraturam esse,

prout in ceteris rebus ad alios pertinentibus facere consueuit, peticioni tamen ipsius satisfacere cupien, supplicamus simul omnes Mti Vre Serme ut illi circa id negotium cognoscendum, pium et clementem principem se prestare velit. Quod proculdubio cedet in magnam gloriam Mtis Vre Serme et subditorum suorum item et nem omnium gratitudinem ac obseruantiã erga Mtem Vram singularem. Commendamus nos ac seruitutem nostram in gratiam Mtis Vre Serme, et illam felicissimam esse atque in multos annos cum Serma coniuge sua et omnibus liberis incolumem ex corde optamus. Dat Varschouie

P. Tomiczki Epus Crac Vicecancellarius
Laurentio Prasmowski Palatino Masonie
Adriano Golinski Castellano Czirnensi
et Capitaneo Czechanouiensi

Magnifici domini amici char.mi ac honoran. Cum proxime hic fuisset domina Caterina Ozranouska, retulit nobis graui se iniuria opprimi à D.o Castellano Plocen + in multis, propterea fortasse quod vidua sit, et tuitione maritali priuata. Quare nos D. Vras plurimum rogamus ut illam contra omne preiuditium consilio et auxilio suo adiuuent. Res enim pia est et honesta ut vidue in re presertim iusta et equa patrocinium feratur. Nobis vero omne offitium et opera quod D. Vssranouska, D.nes Vre prestiterit, erit gratissimum quod vicissim illis omni gratificatione et beneuolentia referre curabimus. Quas etiam felices et optime incolumes vehementer optamus. Dat.

+ Wietzfiensky

P. Tomiczki Epus Crac. Vicecancell.
Sigismundo primo Regi Polonie

Sacra Regia Mtas et domine domine clementme.
Post perpetue seruitutis et orationum mearum humilem comendationem.
Ds Andreas Oporowski Palatinus Brzesten. de eo qp et ante ea a Mte
Vra precibus contendebat. Nunc iterum denuo humillime supplicat
Mti Vre Serme vt sgt Mtas Vra concedere sibi bona Camienecz
in ducatu Masouie in administrationem dignaretur. Quas quidem illius
preces quia memini Mtem Vram benigna et clementi aure, tum cum res
agebatur excepisse. Confido nunc quoqz idem facturam Mtem Vram,
et illi viro consulari, et homini probo atqz integerrimo item et egentica
in re commendaturam. Idqz plurimum ego Mtem Vram oro atqz obse-
cro, pertinet hoc enim ad dignitatem et clementiam Mtis Vre Serme,
vt eiusmodi hominum quandoqz ~~rem~~ rario habeatur. Neqz offendi ex eo di-
gnabitur Mtas Vra quod non sit ex illa prouintia oriundus, et qp
nunc quoqz illa loca non incolat. Gratia enim et fauor singularis, quem
in illa prouintia sibi conciliauit et optinet, ista omnia compesare poterit,
preterea etiam necessarios et amicos multos illic habet qui illum ad et
dignitatem, et reliqua munera publica sustinere facile adiuuabunt.
Commendo me rursus et seruitutem meam Mti Vre Serme, quam
felicissimam esse et diu cum omnibus liberis et coniuge sua Serma
incolumem vehementer desydero. Datt Cracouie die vja Fran-
cisci. Anno domini.

P. Tomicius Epus Crac. Viceeancell.
Ludouico Aliphio Burgrabio Cracouien.
Secretario Reginae Bonae Poloniae

Magnifice domine amice char.me ac honorande.
Nudiusquartus ex Italia quidam nostrates reuersi, narrauerunt hic palam, quod etiam paulo ante ex Germania erat scriptum, Gallorum exercitum, qui in Campania erat, ab Hispanis profligatum esse, Cum enim imperator ille celebris, mon signor de Lutrech morte illis sublatus esset, et illi obsidione Neapolim soluissent. Non longe tum adhuc inde digressos Hispani gens callida et instructa armis, ex improuiso sunt illos agressi, et negligentius diuisos atque palantes ceciderunt multos, hec aduenie̜ns Mateus ille negotiator florentinus ita esse ignorabat, sed ab altera parte retulit se certo, cum iter per Galliam faceret accepisse quod Rex Gallie̜ in subsidium et suplementum exercitus sui miserit recens, armatorum militum in Italiam milia XVI, iis quo pacto succedet, ignorare diu non poterimus, et ego quidem vt primum aliquid accepero ad M.am V.ram scribam libenter.
Cracouie̜ pestilentia augeri et dilatari per multos vicos dicitur. Quam ob causam nos hinc fugam meditamur omnes, et in aliqua loca salubriora secedere cogitamus. Vbicunque tamen ego fuero non pretermittam quin ad M.am V.ram sepius scribam. Interea temporis illam felicem esse, et incolumem vehementer desydero, cuiusque amicitie̜ me ex animo comendo. Dat.

P. Tomicius Epus Crac Vicecancell
SIGISMUNDO PRIMO
REGI POLONIÆ

Sacra Regia M^tas et domine domine clementis^me. Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Amici et necessarii huius adolescentis Dubrowski, qui meas litteras reddet M^ti V^re, summa diligentia à me contenderunt, vt illum M^ti V^re in aulicum ad stipendium duorum equorum adducerem et commendarem. Quam rem tametsi ego sim expertus apud M^tem V^ram et factu gravem et impetratu difficilem, tn̄ quia ad offitium meum pertinere sum arbitratus, vt desideria amicorum meorum opera mea adiuventur, negare illis quod petierunt non potui. Quare supplico M^ti V^re vt adolescentem istum in aulicum suum suscipere, illiq stipendium pro duobus equis adscribi iubere digneture. Quod ipse cum omnibus suis diligentissima servitute sua promereri curabit, ego vero immortales agam pro hoc facto M^ti V^re gratias. Cui me et servitutem meam iterum atq iterum commendo, felicissimamq esse et optime incolumem cum Ser^ma coniuge sua et liberis vehementer desydero. Dat Varschoviæ penultima Januarii.

P. Tomiczki Epus Crac Vicecancella
Bone Regine Polonie

Sacra Reginalis M^tas et domina domina clementis^ma.
Post humilem servitutis et orationum mearum comendationem:

35551

Dedi litteras ad Sacram Regiam M^tem^ dominum meum clementissimum in commendationem Marii itali veteris et probi servitoris mei, habet enim negotium quoddam impeditum per oppressionem cum R^mo^ D^o^ Samogitien Epo de villula quadam in ditione eius sita. Cui quidem commendationi mee cum arbitrarer presentem et qui plurimum posset adiutorem his maxime iniquis temporibus adiungendum, preter M^tem^ Vram Ser^ma^ reperiri istic magis idoneum neminem. Quare illam plurimum oro et obsecro, ut hunc ipsum Marium hominem, peregrinum et ætate confectum tutari, eiusque causam apud M^tem^ Regiam ita dignetur promouere, ut ea et alia quam de debito habet iustum et celerem capere possit exitum. Faciet enim M^tas^ Vra Ser^ma^ rem pietate et clementia sua dignam, et quam ego illi inter cetera plurimia eius in me beneficia promereri studebo. Felicissima sit M^tas^ Vra Ser^ma^ et viuat cum suis suauissimis liberis in plurimos annos sospes et incolumis. Dat

P. Tomicius Epus Crac Vicecancell

Ludouico Alphio Secretario Bone Regine Burgrabio Craconien

Magnifice domine amice char^me^ ac honorande. Marius Viterbien iampridem notus D^ni^ Vre, homo probate fidei, et qui mecum pluribus ab hinc annis fidelissime vixit, cum istic in negotiis suis esset profecturus, et a D. Vra adiuuari in iis plurimum cuperet. Credebat se his meis litteris apud illam fore commendatum, que spes ne eum fallat. D Vram vehementer rogo, commendoque illi omnia negotia eius, que ipsemet latius exponet, in quibus si ita illum tractauerit et adiuuerit, ut ille intelligat meam sibi commendationem profuisse, plurimum me debere D^ni^ Vre ultra id quod debeo existimabo. Que sit felix et optime incolumis, et mei inter bonos et frequenter meminerit. Dat

P. Tomicius Epus Crac Vicecancell
Ioanni Choienski Archidiacono Crac
Secretario REGIO.

VEnerabilis domine frater in Chro char.me Proficiscitur istuc Marius antiquus et bonus servitor nr, in cuius commendationem dedimus lras nras ad M.tem Regiam, quas cum ille in pntia vra reddet, rogamus vos ut eas diligenter M.ti sue perlegatis, et opera vra commendatione nostram adiuuantes, efficere quantum in vobis erit nra causa curetis, vt in negotiis suis, que ipse vobis exponet, celerem et iustum finem capere possit, Nouimus enim nos cause sue planam et dilucidam equitatem, In quo rem nobis facietis gratissimam, et qua ille vobis etiam optime merebitur. Optime valeatis et sitis diu felix. Dat.

P. Tomiczki Epus Vicecancell
Sigismundo primo Regi Polonie

SAcra Regia M.tas et domine domine clementiss.me Post humilem seruitutis et orationum mearum comendationem. Iam multo iam tempore graui iniuria premitur Marius Italus antiquus seruitor meus à R.mo D.no Samogitie Epo in villula quadam sua, quam habet in illius ditione ecclia.ca. Cuius quidem rei cum nunc potissimum speraret auctoritate et decreto M.tis Vre subueniri posse, profectus est istuc ad illam questum cum ob eam causam, quam cum eodem dno Epo habet,

tum etiam ut illi mandato M^tis V^re Ser^me debitum suum dissoluatur ex ere olim Nicolai Szborg pro stipendiis emeritis debito, et quia eius causa vndiq[ue] est clara et equa, M^ti V^re Ser^me plurimum illam commendo, et hominem etiam ipsum, supplicoq[ue] enixe M^ti V^re ut tanto maiore et promptiorem illi administrari faciat iusticiam, quanto illi peregrino et alienigene difficilius est in istis regionibus, si non adiuuetur suum consequi peculium. Faciet enim M^tas V^ra Ser^ma rem pietate et clementia sua dignam, et isti homini seruo meo vtilissimam et munificam, quamq[ue] et ego M^ti V^re Ser^me omni offitio seruitutis meę promereri studebo. Cupio per quam felicem et optime incolumem esse M^tem V^ram Ser^mam diutissimeq[ue] cum suis dulcissimis liberis, et coniuge Ser^ma viuere. Cui me rursus humiliter commendo. Dat

P. Tomicius Ep^us Crac. Vicecancell.
Stanislao Borek Doctori et Can^co
Cracouiensi

Venerabilis domine frater in Chr^o char^me Stanislaus Pieniazek seruitor et consanguineus noster, nescimus quo fato vel casu temporum in nouum morbi genus incidit, namq[ue] carnuncule quedam in gutture et ab vtroq[ue] latere tonsillarum seu vuule, supra epiglossim sibi excreuerunt, que illi et facultatem cibi dimittendi ad stomachum adimunt, et sollicitudinem atq[ue] metum de periculo vite inducunt, Cuius saluti cum nos pro amore quo illum complectimur, consultum tempestiue cupiamus, premittimus eum istuc Crac. vt medicis et chirurgicis det operam, curetq[ue] mature valetudinem suam. A vobis vero rogamus vt illum in consulendis conueniendisq[ue] medicis et chirurgicis peritioribus adiuuetis, agatisq[ue] cum illis nomine vestro, et vestra, adhibeant diligentem operam, ne tam egregius adolescens periculum aliquod vite, vel bone valetudinis adeat. Videtur autem nobis ut aduocetis ad consulendum de curando illius morbo. In primis

D.m doctorem Andream et doctorem Antonium, deinde Samuelem Iudeum, eiusque patrem, et Marcum barbitonsorem Crac. germanum qui manet prope collegium maius. Nos propter debilitatem corporis, quam nobis medici dato nudiusquintus pharmaco consciverunt, non expectato fine publicarum actionum discedere hinc constituimus et recta Crac. proficisci. Quare vos rogamus ut Vladarium nostrum Crac. moneatis nomine nostro, quo omnia pro adventu nostro necessaria procurari faciat, vos etiam de cubiculis nostris preparandis, et illis in quibus D.s Maczieiowski se componet diligenter curabitis. Bene valeatis felixque sitis et nos D. Scholastici et aliorum amicorum orationum commendare non desinatis. Dat. Piotrcoviae viij.a Ianuarii. Anno domini M.o D.o XXX.o

Sigismundus primus Rex Polonie
domino Odrowash.

GEnerose fidelis dilecte. Questus est nobis Michael iudeus hic ex Crac. subditus noster, quod Moyses iudeus in Szambor, domicilium habens quinquaginta florenos quos sibi tenetur restituere nolit, in quo ne alter alterum iniuria et damno afficiat. F. tue mandamus ut cum Moyse iudeo istic in Sambor, agenti iusticiam Michaeli predicto de Crac. indilatam ministret et ministrari faciat pro offitio suo et gratia factura. Dat.

P. Tomiczki. Eps Cracc. Vicecancell.
Steffano Broderico Epo Sermiensi.

R^{me} in Christo pater et domine frater et amice char^{me} ac honoran.
Magnas ago et habeo gratias Vre R^{me} D^{ni} quod heri ad vesperum litterarum, quas ex Hungaria accepit copiam mihi fecerit, quas ego hodie istinc discedens ad illam remisi. Quod ad litteras in commendationem Judeorum attinet, hodie hic illas scribam, et scriptas ac obsignatas, cras ad D. Vram R^{mam} mittam, Nam unum tantum scribam hic mecum habeo, ego vero die mercurii deo bene iuvante istuc revertar. Nam huc solius animi colligendi causa secessi, Scripseram autem ego iam alias istac de causa ad D^{m} Epum Tridentinum, et D^{m} Epum Vratislavien, nunc etiam ad illos et alios ad quos cupit Vra D^{o} R^{ma} scribam. Interea felicem et incolumem esse D. Vram R^{mam} vehementer opto, eidemque me ex animo commendo. Datum ex Bolechowice die xxi Iunii Anno domini

P. Tomiczki Eps Cracc. Vicecancell.
IACOBO EPO VRATISLAVIEN.

R^{me} in Christo pater et domine fr. et amice char^{me} ac honoran.
Contenderunt a me quidam Ioannis Rulli Cracouiensis nomine qui nunc Vratislavien ludi magistrum agit, ut eum Vre R^{me} D^{ni} commendarem, rogaremque ut ius patronatus, quod ille se habere ait in altare quoddam eccle Legnicen Sancti Petri integrum ei relinquere velit,

est enim ad eum per maiorum suorum mortem deuolutum, nam primus illius fundator, fuisse fertur quidam Georgius Son, ex cuius se familia ortum, idoneis testibus apud Vicarium meum comprobauit. Horum itaque peticionem cum iustam esse animaduerterem, et Rullum ipsum et erudi-tione et virtute ea preditum esse audirem, vt omni ornamentorum ge-nere, dignus videretur facere non potui, quin eius causam V^re R^me D^ni commendarem. Quam maiorem in modum queso ut quemadmodu facere ius consueuit, semper equitati studere velit, nec Rullo ius quod habet patronatus adimi paciatur. Commendo me ex animo V^re R^me D^ni que sit incolumis et felix. Datum Cracouie

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Benedicto Isdbienski Gnesnen. Crac.
Posnanien Canonico &c exactori terre
Callisien.

Venerabilis domine frater in Christo char.^me Cum D^s Andreas Grodzienski qui designatus erat exactor publicarum contributionu in terra Calissien. declarasset suis litteris M^ti Regie se non posse, nec velle offitium hoc suscipere et obire, et M^ti sue non placuisset D^s Iudex Callissien. quem domini Consiliarii istarum terrarum in locum D^ni Gro-dzienski surrogauerant, fuit visum nobis, vt vobis offitium hoc exigen-darum contributionum demandaretur, cui nostro iuditio et deliberatio-ne M^tas Regia et D^s Tesaurarius Regni, alacri modo subscripserut. Cum autem nos fecimus id pro bono et commodo vro, non solum detre-ctare non debetis offitium hoc publicum suscipere, sed etiam obuiis, vt aiunt vlnis obire illud, et diligenter exequi, declarare enim poteritis in illo fidem atque industriam vram, que poterit postea non parum prodesse rationibus et commodis vestris.

Bona Schamotuli simul et bona hereditaria nepotum nostrorum consti-

tuatis in bono ordine et regimine, nam hactenus parum utiliter fuerunt administrata, de solis enim nudis censibus administratores illorum nobis respondebant, de predijs vero et alijs utilitatibus nihil dederunt, sed omnia abligurierunt. Id quod factum est cum non modico damno pupillorum nostrorum, quorum nos curam et tutelam gerimus. Quare provideatis ut deductis oneribus necessarijs omnes proventus bonorum predictorum colligantur, et ad nos afferantur.

Non placet etiam nobis regimen bonorum Lissow, ex quibus D. Vilczinski non solum non soluit quicquam ex predijs et alijs utilitatibus, sed etiam de censibus ordinarijs detrahit bonam partem ad edifitia nepotibus nostris, nunc dum adhuc in minori etate sunt constituti non necessaria, et proinde et illa quoque bona Lyssow/twrchis in bono ordine ere constituere, et quid ex illis quotannis provenire possit, diligenter inquiratis, et rationem cum Dno Vilczinski et alijs procuratoribus faciatis.

Miramur et molestissimo animo ferimus, quod D.s Epus Posnanien egre fert, quod nos iure mediante proventus ab octo annis nobis retentos et non solutos in Epatu suo repetimus, Arguitque nos quod iure romano contra regnicolas procedere vellemus, tanquam id nobis ecclesiasticis sit iure prohibitum, ut auctoritate sedis apostolice proventus nostros, qui alioqui iuri ecclesiastico subsunt non repetamus. Pudere eum certe debebat, quod tanto tempore, quia per octo annos, iusticiam nobis sepius de hoc per nos, per vos et Przeczlawski monitus ac requisitus ministrare non curavit, excusans paupertatem subditorum, a quibus tamen ipse suos proventus semper extorsit, Cum igitur per tot annos habere id quod nobis debetur non potuimus non videmus, quid aliud facere deberemus, quam ut tandem iure ea que nostra sunt repetamus, presertim cum D.s Epus noluit habere rationem modestie, et tam diuturne tollerantie nostre, cum tamen ipse solus hac modestia et pietate in exigendis suis debitis non utatur. Quippe qui donnnos Ioannem Laski, Stanislaum Cassinski, Canonicos ecclesie nostre Crac. et dominum Mathiam Sliwniczki, eo quod fideiussores pro Dno Palatino Siradien, non satisfecerunt ei in termino statuto, declarari illos incidisse in sententias excomunicationum iussit, nullo humanitatis vel amicitie respectu habito, coguntur que nunc

boni prelati pro debito alieno abstinere ab ingressu ecclie, et domi se conti-
nere, expendat ergo ipse secum si nos iniuriam alicui facimus, quia de-
bita nostra ab octo annis retenta repetimus, cum ipse tam severiter, sine
ulla expectatione et dilatione pro suis agat, expendat et hoc quoque secu,
qd ipse qui facultatem habuit inquirere de nece plebani sui Dolscen,
recurrerit ad sedem apostolicam, et ibi ab auditore camere aposto(lic)e impe-
travit monitorium penale contra Petrum Szdzarski laicum, et contra
nonnullos Can(onic)os ecclie sue, volens illos iure Roma(n)o defatigare et oppri-
mere. Ei soli licent omnia, que in animum suum inducit, nobis vero putat non
licere in defectu iustitie recurrere ad Sedem apostolicam, nos callemus
et Iura Regni, et iura Cano(ni)ca, scimus in quo foro quis pro rebus suis
experiri debeat, et cum tanto tempore non profuit nobis modestia nra,
proventusque nostros habere non potuimus, quos D(omin)s Ep(iscop)us etiam si requisitus
à nobis non fuisset, prout est sepius requisitus, mandare dudum pro officio
suo debuit nobis exolui, volumus ut vos illos iam tandem omissis qui-
buslibet dilationibus, repetatis per censuras ecclesiasticas, nam nihil impetrabit
apud nos suis l(itte)ris D(omin)s Ep(iscop)us, nisi ut nos ea que nostra sunt habeamus,
in longiores moras et dilationes, non consenciemus, quia iam satis superque
elusi sumus.

Quod queruntur D(omi)ni Prelati et Can(oni)ci ecclie Gnesnen de Sucollecto-
ribus nostris Denarii S. Petri, qd exigant à plebanis per unum grossum
à quietacionibus contra statutum provinciale. Scimus nos quidem hoc
constitutum esse in Sinodo provinciali ut nihil succollectores accipiant
pro quietacionibus, quod si in diminutionem proventus camere apostolice
debiti, et contra consuetudinem antiquam fieri potuerit, nec ne de hoc
nunc non disputamus, hoc tn scimus et omnes norunt, qd plebani ipsi
una cum D(omi)no Skrzetbusszewski, qui fuit autor eius querele, iniuste et
non integre solvunt denarium S. Petri, nam non solvunt id quod ipsi
à Christifidelibus exigunt, sed id tantum quod in antiquis quitanciis
continetur, sibi vero retinent id quod excedit taxam quitancie antique,
quod faciunt in grave periculum animarum suarum quia id quod alienum
est, et quod eis non debetur nec solvitur, sibi usurpant etc. Cum ergo

illi et dominus Szczukszewski cum eis, soluerent denarium S. Petri integre itaque illum a parrochianis suis exigunt, idque suo iuramento corporali declarauerint, coram succollectoribus nostris, mandabimus vt nihil exigatur ab eis pro quietanciis. Quamdiu vero id non fecerint, nos antique et dudum recepte ac obseruate consuetudini innitemur. Ipsi tamen plebani et D^s^ Szczukszewski excucient bene conscientias suas, an hoc quod Sedi Apostolice debetur, et quod illi soluitur, possint sibi retinere, et in alios vsus conuertere, et si propterea sint ligati censuris papalibus, nec ne hec D^s^ Szczukszewski apud se reputet et alios plebanos instruant, ne incidant in laqueum quem sibi parat.

Catalogum Archiepiscoporum dicit se vidisse D^s^ Mischkowski archidiaconus ecclesie nostre apud Reuerendissimum olim D^m^ Archiepiscopum Laski, illum vero dicit habuisse et recepisse eundem Catalogum a capitulo Gnezn. Quare vel in capitulo inter libros ecclesie erit querendus, vel apud D^m^ Laski prepositum

Nondum sunt lecte litere quas Maiestati Regie scripsistis, nam Maiestas sua laborat nunc ex tumore pedis, respondebitur tamen vobis ad singula per Ciues posnanienses qui hic modo sunt.

Modeste vos simul ac honeste contra D^m^ Episcopum vestrum geratis. Nam scripsit nuper huc D^no^ Episcopo Premislien grauem querimoniam contra vos, accusans vos, quod eum probrosis atque inhonestis verbis istic sugillaueritis, et nobis quoque non peperceritis. Caute enim decet agere cum hominibus, qui minimos quosque rumusculos obseruant, et ad iniuriam sibi reputant. Bene valete. Datum Cracouie die XXIII^a^ Maii Anno domini M^o^ D^o^ XXXIII°

P. Tomicius Epus Crac. vicecancell.
Benedicto Isdbienski Gnesnen. Crac.
Posnan. Cancō & exactori terre Calli:
sien.

Venerabilis domine fr̄ in Chr̄o char.me Mirabamur quidem plurimum q̄ tamdiu nihil litterarum vestrarum ad nos dedistis, verum cum facere id non poteritis ob molem curarum et occupationum, quibus scribitis vos districtos fuisse in exigendis publicis contributionibus, hoc diuturnum silentium vrm̄ boni consuluimus, excusationemq̄ vram̄ in eam partem acci: pimus.

Commendamus studium et diligentiam vram̄ quam fecistis cum in pacifi: cando prato ville nepotum nostrorum Dambrova, quod admiebatur per officiales Rmi Dni Archiepi Gnesnen. tum in emenda forte, in villa Nozigno, que omnia per vos bono consilio facta, grato et benigno animo suscipimus, ac rata habemus.

Non sunt reperte in scriniis vestris lr̄e super censu, quem emimus in bonis Dni Maczeiowski Castell.mi Czechowien. et iudicis Sandomirien. Nos etiam illas nusq̄ apud nos invenire possimus, excutiemus tn̄ adhuc omnes capsas nras, in quibus res nostras asservare solemus, ut eas ipsas litteras inveniremus, que nunc essent nobis multum necessarie. Nam censu in illis obligatum, vellemus iam donare et inscribere hospitali novo Crac. In quo homines morbo gallico affecti quottidie unguntur.

Non placuerunt nobis littere quas scripsit Doctor Iacobus, prius q̄ a no: bis discessisset super villam Grabowo, et sculteciā eius et ob hoc obsignare illas sigillo Regio noluimus, sed ad vos remisimus. Placet vero nobis exemplum litterarum super eandem villam et sculteciam, quod scripsistis.

et ad nos misistis, quod nos asseruabimus usque ad redditum Regie Mtis ex Lituania, et tum demum ex illo lras scribi et obsignari faciemus.

Accepimus singrapham Dni Ieronimi Crugel ciuis et mercatoris Crac super noningentis florenis quos apud eum ex bonis utrorumque nepotum nostrorum collectos deposuistis, ea lege et conditione, ut illos nobis aut Dno doctori Borek hic det et reponat ad festum S. Nicolai proximu. Quod vrm factum nos probamus, et grato animo suscipimus, et nihil dubitamus quin Ds Ieronimus verbo et promissioni sue faciet satis, opus tamen est, ut vos singillatim declaretis nobis, quanta summa pecunie collecta est ex bonis Thomice et Lisow, et quanta ex bonis Schamotulii, nam nos prouentus utrorumque nepotum nostrorum non confundimus, sed seorsum reponimus et conseruamus.

De instaurandis bonis utrorumque nepotum meorum et coemendis ad illa pecoribus et ouibus, placet nobis sententia et deliberatio Dni Iactorowski et vestra, et volumus ut ad futuram hiemem emature tantum pecorum et ouium, ad eadem ipsa bona utrorumque nepotum meorum, quantu Dno Iactorowski et vobis fuerit visum. Id quod nos inditio et arbitrio utriusque vrm premittimus et deferimus. Volumus autem ut agatis nomine meo magnas gratias Dno Iactorowski, quod curam et prouisionem bonorum utrorumque nepotum nostrorum non grauate susceperit, rogetisque illum, ut in hac bona sua volunte erga nos et ipsos nepotes nostros, persistere velit, quam nos vicissim illi omni beneuolentia et gratificatione nostra referemus, nepotes vero mei cum adoleuerint illi et eius filiis demerebuntur suis officiis. Nos autem prouidebimus quod ipse Dns Iactorowski nec impedietur nec perturbabitur in hiis que statuerit ad commodum et utilitatem in bonis nepotum nostrorum, presertim per illos quibus contrauenerre, aut odium illorum sibi contrahere, nollet aut non posset.

Cum cupiamus edificare ex latere cocto turrim apud ecclesiam in Tomice in qua corpora patris et fratrum nostrorum requiescut. Valde rem

gratam nobis fecistis, q nobis ea que scire desideramus copiose per:
scripsistis, volumusq vt equos emi istic faciatis pecunia nepotum nostrorum,
ad vsum conducendorum hac hieme lignorum ad latericium pro cremanda
da calce et lateribus, nam nos hic equos nostros vetulos ad opera va:
riorum edificiorum relegamus. Satis enim q in multis locis curias
et domos non solum instauramus, sed etiam denuo non paruo sumptu edi:
ficamus.

Que scripsistis nobis et antea et nunc de filio Dni Alberti Choman:
czki q manserit in non modica pecuniarum summa ex calculo admi:
strationis patris sui Nepotibus nostris obligatus, et cupiat aliquid sibi
remitti, ex hac eadem suma ratione seruicii paterni, plene et abunde
intelleximus, cuperemusq facere illi aliquam gratiam, ita ut optat,
nisi sciremus et memoria teneremus, q preter quatuordecim marcas,
quas donauit seu dimisit patri ipsius defuncto nomine nostro Andreas
Przeczlawski, nos ipsi dedimus illi viginti mrcas pecuniarum, et vna
bonam vestem, bone memorie fris nostri D. Castellani Gnesnen de pano
parpiniano, marduribus suffultam, qoq ille, vt testes sunt Ds Sebe:
stianus Opalienczki. et Przeczlawski respondebat et rationem faciebat
duntaxat de censibus bonorum Nepotum nostrorum. De prediis vero
et vtilitatibus illorum penitus nihil. Ne tn ingrati esse videamur,
etiam in eos, qui non satis vtiliter nobis seruierunt, dimittimus et condo:
namus prefato filio Dni Chomanczki viginti mrcas pecuniarum,
quo illum et illius necessarios ac propinquos reddamus nepotibus nris
magis propensos et deuinctos, reliquam vero sumam pecunie debitam,
volumus ut sine mora exoluat, et ad manus vestras reponat. Nam satis
superq illam cum suo patre apud se detinuit.

Meminimus sane querelam Altaristarum Posnanien qui census habent
obligatos in domo Clauis Haberlandt, et quantum recordari possumus,
videtur nobis Mtem Regiam, tum, cum ea querela fuit facta, non mul:
tum reluctatam fuisse, quo minus hii ipsi census dudum obligati ex domo
predicta soluerentur. Qua autem aut cuius negligentia fuerit factum,

q non erant tum recepte de ea re lre ad teloneatorem Posnamien, incertum habemus. Scribemus tamen in ea re ad Mtem Regiam lras nostras, nam absq illius voluntte et spirituali mandato, non licet vt aliquid theloneatori Mtis sue faciendum committamus.

Iussimus conscribi et obsignari omnes lras quarum exempla seu minutas ad Dm Maczierowski misistis, et licet nullam penitus memoriam habeamus earum rerum que in his olim minutis et lris continentur, q aliquando coram Mte Regia recognite, aut ab ea petite et obtente fuissent, nec id quidem mirum, post tantum temporis spatium, ne tamen preces vras obaudire et rationibus amicorum vestrorum deesse videremur, dedimus illas et obsignari mandauimus, virtuti et fidei vre confidentes

Nihil hactenus scripsimus vobis de bonis et pecuniis morte Dni olim Gregorii Ludbranski derelictis. quoniam putabamus Magnificum Dm Castellanum Posnamien omnia que spectant ad bonum et commodum successorum eiusdem Dni Gregorii recte curaturum et prouisurum esse. Quod vero attinet ad pecuniam in preterito Posnamien et Callissien deposita, ea est sententia nra, ut cum Ds olim Nicolaus Gardzina Palatinus Posnamien deposuerit pecuniam in pretorio Posnamien, que dari debent in dotem filiabus suis, que nondum erant nupte, iamq omnes dote sibi debita sint prouise preter vnam, que nondu in matrimonium collata est, seposita ad partem suma dotis, que in nupte virgini debetur, tota residua pecunia tam in Posnamien q in Calissien pretorio deposita in omnes successores Dni olim Gregorii, hoc est, sorores et Nepotes diuidatur equis portionibus. Id quod equu esse videtur Dno Castello Brechovien, placet illi et sententia nra, postulatq vt iam tandem pecunia derelicta ita vt nos sentimus, Diuidatur, si tn Dno Castello Posnamien visum fuerit aliter constituere de ea ipsa pecunia, arbitrii illius esto. Cuius iuditio et sententie nos hec et alia omnia permittimus.

Quod autem scripsistis paruo negotio redimi posse de bonis Casimirz, coniugem Dni Thome Ludbranski, que nupta fuit eius fri Dno Gregorio

peccuniis quas dedimus D[no] Odrowassch, Nobis ea res summe difficilis videtur. Quomodo enim habere possimus peccuniam a D[no] Odrowass, qui hactenus illam suis duobus Nepotibus nostris in bonis suis non obligauit, neque inscripsit, obstan[te] reformation[e] vxori ipsius prius facta. Que res nos pluri[m] anxios et sollicitos habet, nec scimus quid facere cum eo, qui in dies maiori ere alieno grauatur, facere debeamus.

Amicitiam D[ni] Epi Posnamien[sis] studuimus nobis semper offitiis meis conseruare. Verum cum ille nostram erga se propensionem et beneuolentiam contemnit, vultque prescribere nobis leges quo ad illum et nostro et Regie M[tis] nomine scribere debeamus, et ~~nos~~ ni eas ipsius leges obseruemus, comminet de aliquo inter se et nos futuro scandalo, stomachaturque et ad iniuriam sibi reputat, quod post septem aut octo annos prouentus de bonis Epatus Posnamien[sis] nobis debitos, exigimus non vi neque iniuria, sed iure mediante, cum ille distulerit hac tenus iustitiam nobis, de subditis suis ministrare, non subeatis hunc laborem et curam, vt nos cum illo in gratiam reducatis. Vera enim et perfecta amicitia in similitudine morum consistit, nostri vero mores non bene congruunt cum moribus illius

Rogauit nos non pridem D[s] Rudniczki ut scriberemus vobis et D[no] decano Gnez[nensi], quo illum cum D[no] Porzyatowski ad concordiam reduceretis, cognoscentisque de iure ipsius quod se seu suum fratrem ad custodiam ecclesie Gnez[nensis] habere pretendit, fecimusque postulationi sue satis. Verum non putamus quod ille haberet aliquid iuris solidi quo niti possit. Quod enim iactat habuisse nos breue apostolicum quo caueri debent Sacerdotia que vacarunt per mortem D[ni] olim Stanislai Melsinski non comprehendi sub bulla ordinariis Regni concessa, nec de illis ordinarios ipsos disponere potuisse, et falsum et confictum, certum enim est quod bulla nostra hoc aperte in se habet, quod nos ordinarii ius omnia sacerdotia etiam sedi apostolice quoquo modo reseruata, in sex mensibus nobis reseruatis vacantia libere possumus conferre, et semper in futurum deo bene iuuante perpetuis temporibus conferemus, successoresque nostri conferent.

Acceptaverat doctor Rzeczica vigore gratie et reservationis sue ecclesiam parrochialem in Coslow per mortem doctoris olim Strzelcza vacantem, fuitque in illius possessione pacifica per plures menses. Nunc vero relatum est nobis D^m Epum Posnanien, misso illuc suo Notario, de possessione eiusdem ecclie, eiici illum mandasse, et eam Michaeli Paczanow assignari iussisse, sine vllo iure, nec visis aliquibus lris apostolicis. Videbimus et audiemus, qualiter sedes apostolica suscipiet, eiusmodi violentias que fiunt hic per ordinarios in beneficiis que vacare contingit in mensibus apostolicis. Scimus enim quod gravi et molesto animo susceperit eadem sedes apostolica nonnulla alia que apud nos fiunt, de quibus et summus Pontifex et R^mus D^s Cardinalis protector Regni, M^ti Regie non multo ante scripserunt. Bene valete. Datum Cracovie die iij^a Novembris Anno domini M^o D^o XXXIX°

P. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell^s

Memoria agendorum per dominum Jelbienski in maiori Polonia

In primis commendabitis nos, et dicetis plurimam salutem, R^mo D^no Archiepo Gnesnen. Magnificis D^nis Posnamien et Calissien. Castellanis. Dno Palatino Iunivladien fratri nro, ceterisque amicis nostris, eosque visitetis nomine nro, et fausta omnia ac leta precabimini.

Deinde faciatis operam vt prefectum aliquem in bonis Schamotuli, fidum idoneum et non pusillanimem constituatis, qui bona illa fideliter et vtiliter administret, proventusque illorum colligat et conservet ad informationem nostram. Idem vt etiam superintendat ad bona Tomice, procuratores in eis bonos et vtiles habeat, qui ex eius prescripto et consilio omnia faciant et curent.

Videatis Iconomiam et regimen tam in bonis Schamotuli quam etiam in bonis Thomice, et prediis ad illa spectantibus, rationemque de perceptis et administratis prouentibus eorudem bonorum cum procuratoribus illorum faciatis, et pecuniam collectam per eos et debitam ab eis accipiatis, et ad nos afferatis

Idem faciatis cum collectoribus denarii S. Petri Gnesnen, Posnamien. Calissien, à quibus facto cum eis prius calculo debito, pecuniam eiusdem Denarii S. Petri accipiatis et ad nos afferatis.

Item dedimus vobis commissionem apostolicam super exigendis et repetendis prouentibus retentis nobis et hactenus non solutis in Epatu Posnamien, quam exequi faciatis, procuratoremque ad repetendos eosdem prouentus nobis debitos constituatis, data illi sufficienti et clara ad hoc instructione

De lacu in bonis Cziernicza et aliis iniuriis que committuntur multifariam in bonis Swiduorum nostrorum non obliuiscamini loqui cum Magnifico D.no Castell.o Posnamien et rogare eius D. nomine nro, vt non permittat aliquam iniuriam pueris nondum adultis rerogari, quin illos potius ab aliorum violentiis tueatur: et defendat pro off.o et debito suo Capitaneali.

Fecimus scribi ad perpetuam memoriam Catalogum Archiepiscoporum Eccliae Gnesnen et ecclie nostre Crac in charta pecorina. Quia vero in Catalogo archiepiscoporum, multe sunt mende, nam non habuimus bonum exemplar, faciatis exscribi nobis de libro ecclie Gnesnen, eundem catalogum Archiepiscorum, ita vt illum scripsit D.s olim Dlugosß, et dedicauit R.mo D. Iacobo Sienienski Archiepo, vt nrm ex illo castigare modo debito possimus

Prelatos omnes ac Canonicos Gnesnen et Posnamien eccliarum, Salutetis nomine nostro, nostramque beneuolentiam illis nunctietis.

Reliqua industrie Vre committimus

P. Tomicius Episcopus Cracc. Vicecancell.
Nicolao de Pilcza Castellano Belsen.

Generose domine frater char.me Credebam V. D.nem filiam suam
ad hoc tempus D.no Cobilenski despondisse, et nuptias illi celebrasse.
Quod cum hactenus non fecit, consilium meum est, ut id ulterius facere
non differat, sed quam celerius quod promisit F. perficere, curet. Miror aut
et vehementer doleo quod non miserit V. D. per hunc suum Nuncium pecu:
niam mihi debitam. Scit enim quod per quatuor annos, quibus tenuit bona mea
Biskupice et Swieczrechowo, non dedit mihi plus quam anno superiore Cracoviae
sexientos florenos in moneta per mediam sexagenam computatos, et dare
debuit mille et centum viginti marcas pecuniarum, atque ita carui per totum
hoc tempus, pecuniis mihi debitis, non sine gravi iactura rerum mearum,
Noluique V. D.ni nimis importunus creditor videri, putans quod illa visa
tanta mea erga se humanitate, suapte etiam sponte non admonita, id quod
iure optimo debet solvere mihi voluisset. Sciens quod habet non parum com:
modi ex iisdem bonis meis, ultra id quod mihi ex illis solvere tenetur. Nam
si illa alteri cuipiam locare voluissem, erant non pauci que mihi ex illis
quadringentas marcas et plus solvere singulis annis volebant. Cum
autem videam quod V. D. parvi estimat meam erga se benevolentiam et
fraternum amorem, nam solis nudis verbis et promissionibus me lactat
et solvere non curat, id quod mihi debet. Non advertit insuper quod ego ma:
gnos sumptus continue facio, et debeo etiam hominibus, qui repetunt à me
id quod eorum est, ferre certe ulterius tantum damnum meum et ecclie
mee non valeo, cogorque bona mea que hactenus V. D. administravit,
in meam potestatem vendicare, et de illis pro libito meo disponere, nam
hoc modo et via qua hactenus usa est erga me V. D. nihil solvendo mihi,


et solutionem in dies differendo, excresceret summa in immensum, quam
difficulter mihi posthac Vra Do. soluere posset, et ego damnum ingens
inde haberem, Volui autem promouere adhuc de ea re Vram Dnem
vt si forte cupiat debito suo fraterno erga me satisfacere, sitque velit non
alienari à se administrationem dictorum bonorum meorum, soluat mihi
hic ad festum purificationis beate Marie proxm, et huc mittat, mille
centum nonaginta duos florenos in moneta, quos mihi debet, saluis
nonnullis decimis, quas D. Iudici Sandomirien et D.no Gulielmo donaui
saluis etiam his si que exposita sunt de censu ad publicas contributio:
nes, que omnia facto bono calculo, defalcari possent de suma predicta
mihi debita. Et rogo plurimum Vram D. mittere mihi eam pecuniam
velit, soluere enim propediem debeo Do. Seuerino Boner mille octin:
gentos nonaginta flor. in quibus illi sum obligatus. Quod si id non
fecerit Vra Do, iam scire velit, quod ego bona mea recipiam in potesta:
tem meam, eaque per alium capitaneum qui mihi de prouentibus meis
quotannis respondebit, administrabo. Id quod Vra Do neque mirari
debet, neque egre ferre, sed curet denique soluere mihi sumam pecuniæ
predictam, qua absque magno dispendio et damno meo diutius carere
non possum. Et valeat Vra Do. et me diligat.

Datum.

Petrus Tomiczki Eps Crac
Thome Rosznowski Can.co et
officiali Craccouiensi.

Venera.lis domine frater in Christo char.me. Satis mirari non possumus, quo nostro fato fiat, vt a dominis Narampinscijs, Seruitoribus nostris semper negotiu facessatur, cum causa subsit nulla cur id eos facere oporteat. cui rei venerabilis Alberti kiiewski, vt alios pretereamus causa documento esse potest, ad cuius in antiqua Brzesko parrochialem cum dominus Joannes Narampinski nichil prorsus iuris habeat, cum ne vnum quidem patroni cuiusquam punctu et suffragiu tularit, nichilominus molestus ei esse, litibusq3 eum vexare non intermittit. Natura ne adeo est controuersus, vt vitam sibi iocunda non putet, nisi habeat cum quo litiget; an pecunia fretus qua nichil non se expugnare posse putat; an q aegre facere nobis cogitet, idcirco nostrum ita seruitorem exercet, atq3 in controuersiam vocat, de re, de qua nulla potest esse controuersia, cum nullo ipse iure nitatur. si ita est hominis ingeniu, vt viuere absq3 litibus non possit, ferendu est nobis, capiet eum aliquando fortassis earum rerum sacietas. si arcae suae confidit, prudentia in eo desideramus. si putat seruitorem nostru pecunia cariturum, qua possit vanos illius impetus a se depellere. Cui nos, vel quia multos iam annos in fide nostra est, et clientela, vel quia vt nihil eius esset, causam habet iustissima deesse minime oportet, sin autem non alia est ei litigandi causa, q3 nobis vt aegre faciat, speramus fore, vt malo aliquando suo resipiscat, eumq3 postea tam obstinato obfirmatoq3 contra nos animo fuisse frustra, peniteat. quare non nollemus nos quidem vt si quando per occasionem vobis esset licitu quereretis ex illo, quid rationis haberet, q cum omni se iure destitutu videat, quiescere tamen non possit, quin seruitori nostro negociu facessat. Videtur id preter aetatis suae, preterq3

eius loci in quo est, benefitio nostro, decorum facere, et existimationi suae male consulere. Nos etsi suspicamur nihil aliud esse ei propositu, dum nostro seruitori tam est molestus, q3 nobis vt stomachu faciat, tanta tamen hominis temeritatem et imprudentia, misericordia nobis potius q3 ira aut odio prosequenda putamus, essetq3 nobis valde gratu si ad se rediret, neq3 vel de existimatione sua permultu detrahi, vel frustra facultates suas exhauriri vellet. Is est enim tandem rei exitus futurus, vt non solu voti sui compos non existat, sed quicquid seruitor noster in lites has expensum tulerit, id omne dissoluere ei cogatur, qui vnum se ei teruncíu condonaturu negat. haec vos illi, si quando occasio tulerit significare poteritis. Bene valete. Datu in oppido nostro Kielce die XXiiij^a Januarii Anno domini M° D° XXX v°



SIGISMVNDVS PRIMVS REX POLONIE CAROLO DVCI MISTERBERGENSI VTRIVSQ SLESIÆ CAPITANEO

Illustris Princeps et domine affinis noster charissime Perspeximus ex litteris Illustritatis Vestre omnia de negotio Georgii Vorff, quod cum Illustri domino Opolien habere se pretendit, et nihil dubitamus ita se omnino habere, hec que Illustritas Vestra perscribere nobis copiose ea de re curauit, in quibus quantum in nobis est, nihil grauabimur comoditati et iusticie Illustris D. Ducis Opolien prospicere, Si is ipse Georgius Vorff sui conueniendi, alicubi potestatem nobis faciet. dabimus enim operam si quando in ditionem aut conspectum nostrum venerit, ita se aduersum illum gerere prout ius et equitas ac postulatio Vestre Illustritatis exposcere videbitur, et à temerario suo consilio et ausu illum adducere.

Ceterum quod ad quendam subditum nostrum Joannem Kstalth attinet, qui subdito Illustris D Opolien ducis Ioanni Czeplæ, inimicitias denunctiasse dicitur, ad presens nihil statuere potuimus, neque possumus, Nam et nos et consiliarii omnes qui nobiscum sunt de nomine, et domicilio hominis plane sunt ignari. Quare officii Illustritatis Vestre fuerit, declarare nobis quo in loco is ipse Ioannes Kstalth agat, vel an ex plebeiorum, aut nobilium ordine censeatur. Nos enim vt primum illum repertum esse cognoscemus, prouidere curabimus, ne quid per eum damni vel incommodi Subdito Illustris D. Ducis Opolien afferatur. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Cracouie die XXIIIIa Nouembris. Anno domini M° D° XXXI°. Regni nostri XXVto.

P. Tomiczki Epus Craconien Vicecancellarius
Ianussio Duci Opoliensi et Rathiboriensi

Illris Princeps et domine domine honorandme Accepimus lras Vrae Illtis quibus declarauit nobis querelam Ciuium suorum Bitomiensium, apud se contra nos factam. Nos certe miramur quod prius Rogowski, nunc vero ciues Bitomien detulerunt nos ad Vram Illtem, quod illos coram nobis comparentes verbis indecentibus affecissemus, cum tamen nota est omnibus modestia nostra, qua erga omnes uti solemus. Obiecimus quidem, et exprobrauimus, placide tamen, ac ita ut decuit ciuibus ipsis Bitomien, cum essent apud nos, id quod fuit, et est nobis molestissimum, quod illi scribam nostrum, quem paulo ante ad Ciuitatem Bitomien miseramus, vt faceret examinari per officialem illic nrm, testes super censu, ad altare, pro quo agit cum eis Do. Leuiczki, cantor Plocen, spectante, multis contumeliis affecerunt, nam non solum prohibuerunt sacerdotibus, et ciuibus suis, ne quisque illorum auderet testimonium veritatis perhibere, sed etiam et verbis intemperantibus, eundem Scribam nostrum increpuerunt, et vt ante horam vigesimam forjs se extra ciuitatem educeret, et diutius ac ibi manere non auderet dici ei seuerissime commiserunt, nihil tamen contra eos locuti sumus, quod nos et dignitatem nram non deceret, et de quo illi iuste queri possint, utrumque bene merebantur, pro tanta sua temeritate et insolentia vt par pari illis retulissemus.

Quod attinet Cittationes et censuras Ecclesiacas, quibus ne illi molestentur Postulat a nobis Vra Illtas, nos nemini negare possumus, quo minus prosequatur coram nobis Ius suum, etiam non videmus cur illi subterfugiunt dicere veritatem, quomodo se ha:

bent census pro quo est inter illos, et D. Lewizki controuersia, et cum id faciant, quisque prudens intelligere potest, quod illi conantur supprimere census Ecclesiasticos exemplo vicinorum suorum, et id quod deo et ecclesie dicatum est, in suum comodum conuertere. Cum vero Vra Illmas non dignata est, id quod facere potuit, prout et nos quoque pro officio nro potuissemus, huic illorum tragedie, quam cum D. Lewizki temere orsi sunt, finem debitum imponere, et ipse Ds Lewizki consensit, vt hec causa diffiniatur per Sermum Principem, et dominum D. Ferdinandum Romanorum, ac Hungarie et Bohemie Regem, nos id boni equique consulimus, nihil dubitantes, quod illius Mtas vt Rex Christianus non permittet homines plebeos, subditos suos, tanta licentia vti, vt sacerdotia Ecclesiastica more Lutheranorum, destruere et abolere deberent. Interim vero nullum processum Juridicum in ea re, contra eos admittemus, silentio tamen id non preteribimus, quod illi in contumeliam nostram, aduersus seruitorem et Scribam nrm comiserunt. Commendamus nos ex animo Vre Illmti, et rogamus illam plurimum, non facile credet his, qui aduersum nos aliquando minus iuste queruntur, Nos enim et obseruamus ac veneramur Vram Illtem, vt principem, amicum et vicinum, et obseruire illi, ac placere in omnibus, pro virili nostra semper presto sumus. Ds Deus diu seruet Vram Illtem sospitem et felicem. Datum in Kozieglowi die Ascensionis domini Anno domini M°. D°. XXXI°

P. Tomiczki Epus Cracovien Vicecancellarius
Ianussio Duci Opolien in Slesia et Ratibo-
riensi

Ill.me Princeps & domine honoran.me et graliose. Heri sunt ad nos allate littere vre Ill.tis quibus ad ea nobis respondet, que non multo ante, nos, pro subditi nostri de Koziegloui iniuria, hoc est de bubus illi à Teloneatoribus ereptis, ad eam scripseramus. Scribit autem Ill.tas Vra mirari se vehementer, non solum de subdito nostro, verum et de nobis ipsis, qui causam biennii spatio intermissam, et fere iam à petitore desertam innouemus et retractemus, Quodqz subdito nostro in subditos Ill.tis vre ubi accepti boues non reddantur represalia, et defentionem concedamus, cum et hoc illi vicinitatis bone legibus, ut amicitie nostre minime videatur accomodatum, et illud incertam, et implicatam res repetendi consuetudinem preseferat et inducat. Nos equidem quantum ad amicitiam et bonam vicinitatem tuendam attinet, nihil videmur nobis in ulla re hactenus offitii et humanitatis et beneuolen.e pretermisisse. In hoc autem presenti subditi nostri negotio, tametsi videri cupiam aliter possit: Nos tamen certo nobis persuademus, nihil nos temere in ea re postulare vel decernere, quod ab equitate et proba consuetudine prouintialium utrorumqz alienum videri possit.
Si quidem res hec plana sit prorsus et perspicua hominē, boues repetere debere, cui immerito et per iniuriam fuerant ablati, neqz eius peticionem alicuius temporis prescriptione excludi posse, cum id quod ab initio mala fide sit possessum, à nemine iuste prescribi et usu capi ullo tempore debeat, habet hic homo et subditus me testimonia, que dudum firma, et ampla, quod soluto vectigali boues nihilominus iussu publicanorum, sunt illi abacti et cepti. De quibus

quidem testimoniis, meminimus iam pridem ita tum non scripsisse, Ill^tem Vram, quod dum ad tempus et diem ab Ill^te Vra datum, a petitore producta non essent, audiri amplius petitor non debeat, sed penitus causa sua cadere. Cui decreto, neque ille qui asseuerat se testimonia predicta de soluto theloneo in termino sibi prefinito secum habuisse, et producere illa voluisse, sed audire ea tunc consiliarios et iudices Vre Ill^tis noluisse, neque nos assensi fuimus, propter tamen siluimus tantisper, quod uno ab hinc anno in ulteriorem Regni partem digressi, et publicis rebus gerendis impediti, ipsi de hoc meminisse non potuimus. Subditus vero nr vel loci interuallo prohibitus, vel rusticitate et ignorantia, que nemini preiudicant deceptus, nobis hec interea in memoriam non reduxerit. Quare rogamus Ill. Vram iterum atque iterum, ut subditi nri causam et testimonia de soluto vectigali benigne audiat, et non ex spatiis, atque interuallis temporum, sed ex equitate sua et condicione cause de bubus interceptis, et abusis cognoscat, eosque ipsos boues illi restitui, aut precium et verum valorem illorum cum expensis propterea factis, exolui precipiat et decernat. Quo faciet rem sua equitate dignam, et nobis plurimum gratam. Alioquin nos imploranti subdito nostro Reip[ublicae] [illegible] auxilium, iure et consuetudine debitum negare non poterimus. Optime valeat Ill^tas Vra sitque felix semper, et nos mutuum diligat habeatque commendatos. Dat

P. Tomiczki Epus Cracouien Vicecancell
Georgio Marchioni Brandeburgensi

Illustris princeps et domine domine honoran. Non recte informarunt Vram Illutem subditi eius de Chrapkouicze, pretendentes se nullam causam dedisse iniurie et damno, quod per quendam eorum cocinem

Polierska, rectoribus et civibus de oppido meo Koziegloui inmerito et preter omnem illorum culpam est illarum, et quamuis enim idem Polefka non habeat forte iam apud eos domicilium, quia tn ex oppido Chrapkouice exiuit, cum suis complicibus ad spoliendos pauperes nostras subditos, et rursus cum equis et peccuniis, illis receptis, ad illud se recepit, subditiq nostri, illos recenti vestigio insecuti, nullam iusticiam consequi potuerunt, et hactenus rigens damnum patiuntur, perpendere dignetur Vra Illtas pro sua prudentia, an ego habeam occasionem, nec ne querendi modos et vias quibus meis subditis iniurie et damna illata sarciantur. et rogo plurm Vram Illtem vt cum hii ipsi mei subditi de ducatu Siewierien, nec teneantur pati, propter Capitaneos et offitiales Mtis Regie domini mei, mandare velit suis subditis, qui culpa non carent, vel ob hoc, q nullam iusticiam mministrarunt de homine, qui illos in via publica violauit, et ad eos confugit, vt equos et peccunias, subditis meis predictis ablatas restituat, seu exoluat, et pro damnis perpessis, illis satisfaciat. Id quod Vram Illtem pro sua virtute non dubito facturam. Cui me ex animo commendo, et valere illam felicissime desydero. Datum Cracouie die xvi Julii Anno domini M° D° xxxii°

P. Tomiczki Epus Crac Vicecancellarius
Ioanni Epo VILNENSI

R^{me} in Christo pater, et domine frater et amice char^{me} ac honoran. Detulerunt ad me amici Gregorii de Lwouck Ciuis Vilnen, et qui in iuditiis et actionibus publicis, istic sepe solitus erat versari, q accusatus apud D. Vram R^{mam} ob crimen nescio quod falsi commissum, reus ab illa iudicatus, et ad perpetuum carcerem traditus esset,

ni quo cum integrum sexquennium exegisset, tandem vel ope cuiuspiam vel sua ipsius industria est ex illo elapsus, nuncq et fortunis omnibus amissis, et viribus corporis fractus, ac debilitatus, miseram et calamitosam agit vitam. Cuius quidem conditionis et fortune, quia me pluximum miseret, cum propter amicos qui mihi illum commendarunt, tum etiam propterea q illum à multis annis bene noui. D. Vram R^mam^ magnopere rogo, ut illum post tam longi temporis vindictam, et afflictionem ad misericordiam suam admittere dignetur, et non solum in gratiam suam restituere, verum et aliquas recuperandi facultates, adiumentum illi ferre, et opem. In quo faciet D^o^ Vra rem offitio et pietate sua dignam, et quam ego illi vicissim fraterna gratificatione et officiis amicis referre curabo. Cuius me amori et fraterne beneuolentie commendo, felicemq esse semper, et diu recte incolumem, vehementer opto. Dat.

P. Tomiczki Epus Crac Vicecancellarius
Ioanni Choienski Archidiacono Cracouien
SECRETARIO REGIO

VEnerabilis domine frater in Christo char.^me^ Delatum est ad nos, ab amicis Gregorii de Lwouck Ciuis Vilnen, et qui publicis exercendis scribendisq negotiis istic preferri plerumq solebat, quod cum de duplici crimine iudicialiter accusatus istic esset, et reus iudicatus, et à domino quoq Epo et fortunis omnibus, quas amplas habuisse dicitur, exutus existeret, et ad perpetuum carcerem condemnatus. Sed q non pridem ex eo rursus carcere sex illic annis exactis, nescimus an ope alicuius, an vero sua industria sit elapsus, ducatq nunc miseram et calamitosam vitam, partim propter egestatem, partim propter animi et corporis aflictionem susceptam. qui quidem homo, quia

et nobis inde à multis annis est benenotus, et ab amicis hic plurimum commendatus, non potest nobis non esse gratus, presertim cum ex vtroq; crimine, ob quod accusabatur, ita illum amici purgent, atq; defendant, vt facile videantur nobis persuadere illum insontem prorsus illorum fuisse, primum enim de testamento, q; falsa scriptura vici: asse, et interuertisse dicebatur, dicunt ita accidisse cum à tabellione quodam, qui testamento cuiuspiam nobilis viri et Boiari interfuerat, pro amicitia requisitus, et rogatus esset, vt exemplum quod in senten: tiam voluntatis testatoris scriptum erat, emendaret, ille nullam frau: dem suspicans, vt amico obsequatur adscripsit, quod et amicum velle, et ad rem pertinere putabat, solus enim neq; testamento faciendo inter: fuit, neq; instrumentum vllum confecit. Deinde et de libro Officialis Vilnen, quem ille vel ad scribendo vel cancellando aliquid adulte: rasse, criminatus est in quadam matrimoniali causa, ita eum excu: sant, q; illud, quod in libro manu eius scriptum esset repertum, man: dato officialis factum fuisset, quibus etiam conceptis verbis dici: tur Cancellarius domini Epi in eadem causa, post aliquod tempus sententiam tulisse, neq; aliquos ex iis ad quos pertinebat, dicebat vnq; hac de re apud D. Epum, aut quempiam alium hominem questos fuisse. Sed inuidiam solam inimicorum id esse operatam, ut ille quamuis innocens condemnaretur, et fortunis suis priuaretur omnibus. Quare nos et calamitate, infortuniisq; hominis permoti, et precibus amicorum eius inducti. Scripsimus ad D. Epum lras, ea de re illum rogantes, vt aliquid ex seueritate iuditii et sententie remitteret, hominiq; calamitoso misereatur, ac vos etiam presentibus diligenter rogamus, vt apud D. Epum, ei homini concilietis gram, et si fieri potest officialis, vt et ad famam, et ad facultates suas restituatur, namq; est ad extremam egestatem redactus, et libe: rorum, quos istic habet cura et sollicitudine grauatus et afflictus. Facietis rem pio offitio dignam, et nobis vehementer gratam.

Valeatis felices et incolumis. Dat

SIGIMUNDUS PRIMUS REX
Polonie Ioanni Epo Vilnensi.

Rde in Christo pater sincere nobis dilecte. Georgius de Lwo:
vek Clericus diocesis Posnanien subditus noster. Cum declaravit
nobis q à sanctissimo domino nostro de admisso quodam suo, de quo
erat Vilne inculpatus obtinuit se absolvi, et reabilitari. Qua absoluti:
one et reabilitatione pontificia, cum non solum ad honorem et bona
existimationem, verum et ad bona mobilia ac immobilia omnia resti:
tutus existat, et nobis sit relatum, pro errato suo illum gravem penam
per sex annos sustinuisse, et duram ac sufficientem Vilne penitentiam
egisse, sortis et conditionis eius miserti: Decrevimus etiam ex autho:
ritate nra illum ad omnia sua restituere. Quare P. Tuam horta:
mur ut illum in gram suam suscipiat, et delictum pro quo iam satis,
superq castigatus est illi condonet et dimittat, bonaq illius mobilia
et immobilia restitui illi secundum decretum aplicum mandet et curet
pro offitio suo et gratia nra factura. Que bene valeat Vra Ptas
Datum etc.

P. Tomiczki Epus Cracovien Vicecancell
Ioanni Epo VILNENSI.

Rme in Chro pater et domine frater et amice charme ac honoran.
Georgius de Lwovck Clericus Diocesis Posnamien, est mihi à mltis
annis cognitus. Is cum semper de me mereri studuit, et tunc sit ad

miserabilem sortem redactus, non dubitauit à me petere, vt se negotiaque sua D. V(est)re R(everendissi)me commendarem, quod ego illi cuius conditionis chri-
ane misereor me facturum esse recepi. Quare D. V(est)ram R(everendissi)mam pluri-
mum rogo, vt errato eius de quo per summum pontificem est absolutus,
veniam tribuere, bona que illi sunt tam mobilia quam immobilia, confiscata
et recepta restitui facere, et illum qui miser est, et duro carcere per lon-
gum tempus afflictus, in gratiam suam suscipere, vt princeps et pon-
tifex catolicus velit. In quo V(est)ra R(everendissi)ma D(ominati)o rem non minus piam,
quam omni commendatione dignam prestabit, et quam vicissim ego
per omnem occasionem illi amicis offitiis refferre curabo.
Commendo me amori et beneuolen(tie) fr(atern)e D. V(est)re R(everendissi)me, quam sanã
et fœlicem esse semper vehementer opto. Datum. Etc.

P. Tomiczki Ep(iscop)us Crac(oviensis) Vicecancell(arius)
Ioanni Choienski Archidiacono Crac(oviensi)
Secretario REGIO

VEnerabilis domine frater in Chr(ist)o char(issi)me. Simul atque accepimus
litteras v(est)ras, vocari ad nos fecimus Georgium de Lwonck. Cui et
id quod pro illo fecistis apud D. Ep(iscop)um Vilnen(sem) exposuimus, et quòd
de veniendo istuc suasistis, facile persuasimus. Quare nos in primis
de patrocinio, et opera v(est)ra tam liberaliter illi prestita, magnas vobis
agimus et habemus gratias. deinde vero petimus à vobis, vt id quod
est residuum offitii pietatis in illius negotio cum istuc venerit perficiatis,
nam est homo summe miserabilis, et ad extremam calamitatem per D.
Ep(iscop)um, sicuti ipse dicit, nullo suo merito redactus, quòd quia vobis,
cum istuc venerit probare intendit, Rogamus vt illi beneuolam et
attentam prestetis auditionem, vtque publica fide litteras si expedire
videbitur illi apud M(aiesta)tem Regiam impetretis, quarum authoritate
se vitamque suam contra quemuis tutari possit et deffendere. Facietis

rem offitio vestro et pietate dignam, nobisqz singulariter gratam, quam vicissim gratificatione et beneuolentia nra referre vobis curabimus. Bene valeatis. Datum Cracouie penultima Septembris.

SIGISMVNDVS PRIMVS
REX POLONIE IOANNI
REGI HVNGARIE

SERme Princeps et domine, Affinis noster char.me Declarauit nobis Illustris princeps domina Zophia relicta olim Spectabilis, et Magci Stephani Bathori, Palatini Regni Hungarie, in hac perturbatione regni istius Mtis Vre, multa se incommoda, multasqz angustias susti: nere, partim propter orbitatem suam, partim vero propter violentiam suorum prouentuum occupationem. Scribit enim redditus, et pertinen: tias castri Vilagoszwar, ratione dotis et donationis propter nuptias sibi inscripti, per Rdum Emericum Czibak Eccle Varadien electu, ademptas esse, et ita à sua percipiendi ptate interclusas, vt nihil pror: sus ex illis pro sua familieqz sue sustentatione percipere possit. Cuius oppressionis rationibus, et si nos confidimus Mtem Vram per se, vbi ad illius cognitionem res deuenerit pro sua benignitate, consulturam esse. Quia tn magna ex parte predicte Illustris domine Zophie cura ad nos, tanqz ad supremum tutorem pertinet, committere noluimus, quin illam scriptis et intercessioni nostra apud Mtem Vram adiunc: imus. Quare à Mte Vra plurimum rogamus, vt imbecillitate vidua: lis status perpensa, predictam Illtem Zophiam, ab iniuriis suorum sub: ditorum deffendere, et occupatos illius prouentus restitui mandare velit. Inquo Mtas Vra rem nobis gratam, Illtri Zophie necessaria, et sue equitati atqz pietati, magnopere consentaneam prestabit, quam vicissim illa Mti Vre sua seruitute et obseruantia, optime mereri semper curabit, et nos beneuolentia et gratificatione nra refferemus.


Cuius nos amori commendamus, et eam felicissimam esse semper, atque diu et recte sanam atque incolumem ex animo optamus. Dat. Crac. die XX^a Octobris. Anno domini M^o D^o XXXI° Regni nostri XXV^to.


~~Sigismundus primus Rex Polonie~~
Ioanni Regi Hungarie


Petrus Tomiczki Eps Crac.
Regni Polonie Vicecancell.

SAcra Regia M^tas domine domine clementissime. Post humilem seruitutis et orationum mearum comendationem. Intercedit per litteras Ser.^ma domini mei M^tas apud M^tem V^ram Ser.^mam pro Illma domina Zophia relicta olim Spectabilis et Mag.^ci D. Stephani Batory Palatini Hungarie, vt V^ra M^tas illius orbitatem et vidualem statum ab iniuriis et oppressionibus subditorum suorum tutari dignetur. Ad quam intercessionem et si non necessarium arbitrer, propter regalis autoritatis pondus, preces meas adiicere: quia tamen Ill.^tas sua promotionem quoque meam vtilem sibi fore, apud M.^tem V^ram sibi persuadet. Supplico M^ti V^re Ser.^me dignetur Ill^tis sue rationem, et angustias quibus premitur Regia pietate prosequi, et autoritate sua regali, à vi et iniuria illam tutari. Nam id Ill.^tas sua, seruitute et obseruantia sua mereri semper curauit M^ti V^re Ser.^me et pro eius felici statu, et diuturna incolumitate deum precabitur. Comendo me rursus et seruitutem meam M^ti V^re Ser.^me quam semper felicissimam esse et in plurimos annos bene sanam et incolumem vehementer desydero.
Datum Crac. XXII^a Octobris 1531










7014



de Gastoldi 15
de Insania monachorum 152
Poniatowski 182
o królu Ludwiku 211

283
Herberstein 202
Kapituły krakow 334

Сто восемьдесят три
(183) листа.



Lat. F. IV. 145/XI

15.3.4.190







2 Том

1125 108
1931

Латинская.
ОТД. N